

euicunque annus, vel menstrue præstationi, ut per Milanens. decis. 2. Cirrb. dicta ob serv. 35. & bene Rota in Romana fructuum Census 16. Novembris 1648. s. penult. coram Verosio, unde quæstio est facti ex ejus circumstantiis decidenda, spectata potius substantia actus quam figura verborum, sive si dicta conventio non fiat animo novandi, sed pro ea cautela, quæ ad effectum liquidationis servari solet in Regno, ut consil. 161.

Terminata dicta causa cum manutentione Continifio priori possessori concessa, Mittus novum assumpsit iudicium super relaxatione mandati exequutivi pro fructibus tantum, & sub die 24. Januarii 1646. coram eodem Cerro favorabilem obtinuit resolutionem ex solo fundamento viæ exequutivæ competens pro fructibus dotalibus tanquam subrogatis loco alimentorum, & ex privilegio quod illis competit, & pariter resolutio mihi quamvis in contrarium scribenti probabilis visa est in substantia, non autem in ratione, cum non dubitaret dictos fructus deberi, atque pro eis competere processum exequutivum in vim pacti non restricti ad formam ritus ut supra, ac etiam quia in Regno ex pragmatica prima de censibus, etiam in Curia Ecclesiasticis receptissimus ac generalis est stylus, ut pro fructibus census detur via exequutiva, passim in causis ejusdem Regni canonizata per Signaturam Justitiæ referre solitum cum clausula sine præjudicio, imò etiam in terminis fortioribus, quando scilicet juxta opinionem laicorum in vim pacti rescissorii relaxatum est mandatum tam pro sorte, quam pro fructibus, quoniam licet juxta opinionem, quam constanter tenet Curia, non intret repetitio sortis, unde propterea de stricta juris censura decretum in parte injustum tanquam individuum debet esse in totum appellabile, quoniam summa indebita, ratione individuitatis aperit locum appellationis etiam pro summa debita, nihilominus hoc Tribunal excusando à positiva injustitia iudices ob opinionem, quæ ibi haberetur, referre solet de clausula sine præjudicio quoad fructus tantum.

Non placuit tamen dictum fundamentum viæ exequutivæ ex sola juris dispositione attributa fructibus dotalibus, non ex proprio privilegio, sed ex illo communicationis alimentorum ex autoritatibus Scaccæ & Gratian. & aliorum, de quibus supra, & quæ propositionem sepius de inde eadem Rota firmavit, præsertim in Ravennati, dotis 7. Februarii 1659. coram Albergato; si quidem non potest esse magis privilegium exemplum quam exemplat, unde cum via exequutiva concedatur alimentis presentibus, vel futuris miseracionis gratia debitis officio iudicis pauperibus, secus autem præteritis, seu futuris debitis jure actionis aliâ quam ratione inopie, & miseracionis, Surd. de aliment. tit. 8. privi. 60. Baratt. decis. 208. apud quos concordantes; idcirco nulla subest ratio, vel juris autoritas, ob quam hujusmodi fructibus decessis, ac jure actionis, seu etiam officio iudicis debitis viro non inopi, ac aliâ quam miseracionis gratia, competere debeat hoc privilegium, quod denegatur ipsis alimentis, à quibus per communicationem, seu similitudinem illud deducitur; ratio enim viæ exequutivæ in alimentis, hujusmodi etiam fructibus in suis casibus communicabilis, consistit in eo, quod agitur de materia desiderante celeritatem, cum vender non pariatur dilacionem, que ratio non congruit alimentis præteritis, vel presentibus debitis non inopi, & habenti aliunde se alere; quatenus verò militaret dicta ratio, tunc, apud eosdem Bald. Novell. & alios supra allegatos regulam negativam constituentem, nunc receptissimum est etiam pro dote in sorte principali, sine constituenda, sive restituenda competere viam exequutivam, quia nempe mulieri necessaria sit prompta dos, ut nuptias contrahat, ac honestati consulat, neque possit sine irreparabili præjudicio appellationis dilaciones pati, idque non ex privilegio dotis, sed ex dicta ratione præjudicii irreparabilis reluctantis à dilacione.

Siluit deinde ista controversia usque ad ann. 1654. quando idem Mirus in eadem Rota, coram eodem Cerro denuò interit pro relaxatione mandati, tam contra Jo. Baptistam prædictum, quam etiam contra Pompeum alterum fratrem nuntium usque ad hæc tempora majestatum; atque in hac disputatione pro reorum conventum parte, alia non deducebatur exceptio nisi illa beneficii, deducto &c. quod tripliciter est, & ceteri scribentes competere dicebantur. Primum ex leg. secundæ ff. de C. quod cum eo; secundò ratione clericatus ex c. Odoardus de solutionibus; & tertio quod ageretur de fructibus dotantibus ex liberalitate, ex deductis apud Cirrb. decis. 45. & alias.

Verum hujusmodi exceptionibus non obstantibus, sub die

23. Januarii 1654. pariter actori favorabilis resolutio prodidit, ut liquet ex decisione impressa, post Castagn. moderne facili sionis de benef. & decis. 13. Primum enim motivum de ipsi sublatum fuit ex facto, in quo doctum est de emancipatione præcedenti, unde opus non fuit assumere aliores inspectioes super efficacia juramenti, sive super abstentione à paternâ hereditate ac scientia iurium patris substantiâ, seu idoneitate bonorum propriorum cum similibus in proposito dictantibus; quæ verò ad alio duo motiva pariter resolutio innixa est factò, quod scilicet non constaret de paupertate, quinimò ex attestacione Communitatis potius constaret de communi opinione divitiarum, vel idoneitatis, unum tantum de jure firmando respectu Pompei clerici in minoribus nullum Ecclesiasticum beneficium possidentis, quod dum non docebat de requisitis à Sac. Concil. Trident. præscriptis, inaccessus scilicet in habitu, & tonsura, & servitio Ecclesiæ cui adscriptus esset, non deberet ad beneficium capiti. Odoardus admittit, quod in ista causa non fuit formiter discussum, cum post eandem dictam resolutionem partes concordaverint, de hoc tamen puncto agitur in sua materia sub tit. de Credito.

Resectendo autem ad illam exceptionem, quæ fundabatur in eo, quod ageretur de fratribus dotantibus ex liberalitate, quia ad id de jure cogi non poterant, quamvis scriberem pro hac parte, attamen satis dubitabam de veritate assumpti, quatenus ageretur de fructibus, seu alio jure, vel interesse viri, cum ratio reverentis, vel liberalitatis percutere solum videatur dotem in sorte principali, & quatenus concernat vires, vel interesse ipsius mulieris, quæ est soror, atque fovere dicitur causam lucrativam, fecus autem respectu viri, qui est extraneus agens de causa onerosa, & respectiva; occasio autem adhuc non dedit hujusmodi punctum formiter disputandi.

ROMANA DOTIS, SEU LOCORUM MONTIUM, PRO SOLINNO TIBALDUTIO, CUM JOSEPHO COSTACCIO.

Causa disputata coram A.C. cum ignoto exitu.

Loca montium an censentur data in dotem tanquam species, vel pro quantitate, & quatenus tanquam species, si aliquid habeant vinculum, an dotans teneatur illud tollere, vel censentur data, prout ipse habet.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 Ubi loca montium data sunt in dotem, an debeant esse libera, & non admittantur vinculara.
3 Quomodo distinguatur, an dos in specie, vel in quantitate consistat.
4 Dotans an, & quando teneatur de evictione.
5 Mulier ex cohabitacione cum viro presumitur informatâ de qualitate dotis.
6 An aliquod interesse viri adesse dicatur super libertate, vel vinculo fundi dotalis, dum vinculum non minuit fructum.

DISC. LX.

U Nicam filiam brevi viduatam Tibaldutius in Curia caularem Patronus denuò nupti tradidit Costaccio, eadem prioris matrimonii constituta dote, in qua inter cetera erant loca 43. montium singulariter specificata, cum declaratione, quod assignabantur ad rationem scutorum 105, pro quolibet loco, ita tamen quod remanere deberent pro fundo dotali, atque ad eandem rationem scutorum 105, restitui; quia verò ex dictis locis plura aderant non libera, sed quædam evictionis vinculo affecta, idcirco recusante genero recipere dicta per Socerum oblata loca vinculara, sed illa petente libera, introducta desuper causa coram A.C. seu Prælo per eum deputato.

Pro socero scribens, cum aliquo etiam sensu veritatis dicebam (licet ob unicam tantum disputationem iudicium omninò maturum formari non poterit) non ubi promissa essent tot loca montium in genere non specificata illorum qualitate, tunc absque dubio stante præfinitione præ-

est prædicti, conventio intelligenda esset de locis liberis, nullatenus autem adaptabilis habitibus aliquo vinculum, quamvis æstimato esset impropria, & ad solum effectum sciendi quantitatem dotis pro regulando lucro, aliisque consequentibus, quoniam recepta nimirum fræquens propositio est, quod ex pretii quantitate desumitur partium intentio, quidquid in contrarium deductum sit, unde cum loca valutata essent quanti tunc currebant loca libera, pretium verò vincularum esset longe minus, juxta vincularum numerum, & qualitatem, ex his, quæ ad materiam locorum montium habentur sæpius deducta sub tit. de Regalibus, præsertim in Romana de Oricellaris decis. 30. planum exinde resultat non nisi de locis liberis intellectum esse, tam pro indemnitate viri quam ipsius mulieris.

In proposita verò facti specie ex ejus pluribus circumstantiis unitim considerandis, contrarium probabilius dicendum videbatur; siquidem cum ageretur de agnacione hujusmodi iurium in specie ac fundo dotali, non autem pro quantitate, dum in ipsis substantiata erat dotis constitutio, ipsaque species præcedebat, quantitas verò sequebatur, qui est communis, & receptus modus, per quem æstimatur vera, & propria distinguitur ab impropria, ut non fœ hoc tit. Idcirco distinguendus, vel interesse mulieris ab illo viri, quatenus ad primum pertinet, multa concurrant circumstantiæ satis probabiliter suadentes intellectum esse de illis locis, quæ dotans possidebat, & prout ab eo habebantur cum vinculis. Primum nempe, quia loca non erant promissa in genere, sed individua, id est, tot Communitatum, tot Salis, & tot alterius speciei, prout ab eo possidebantur, unde et liquidò constabat dotantem noluisse se obligare ad acquirendum de novo diversa loca montium libera, sed voluisse solum dare ea, quæ tunc habebat, ita ut aliud jus dotans non competeret, nisi illud evictionis, & hoc exerceri non potest, nisi quando illa ratio vinculi sequeretur, qui casus non evenerat, vel, & verius, actio quanto minoris, & hæc sive altera evictionis quando casus veniret, neque in ordine ad ipsam mulierem agentem de causa lucrativa competere videbatur, tum quia ubi inceptum est à traditione, contra dotantem non competit evictio nisi expresse promissa sit, ad textum in l. C. de jur. dotium, ubi gloss. Bart. Bald. & ceteri, de quibus Barbol. in leg. ff. affirmatis, nu. 17. & 20. ff. solut. matrim. Pontanell. de pact. claus. 6. 21. 8. par. 1. n. 2. Merlin. de pignori. lib. 3. tit. 2. q. 44. n. 3. cum sequent. Boss. de dot. c. 17. nu. 25. Rota apud Baratt. decis. 745. numer. 1. apud Merlin. decis. 310. numer. 1. in Camerinen. dotis Ecclesiæ 22. Junii 1651. coram Melio decis. 62. par. 11. recent. & in aliis, tum etiam quia ex aliis circumstantiis de quibus infra ipsa mulier notitiam habebat de hujusmodi locorum qualitate, idcirco intrabat regula text. in leg. si fundum sciens, C. de evictio.

Alterâ igitur circumstantia excludens mulieris actionem resultabat ex eo quod pro primis nuptiis hæc eadem loca ita valutata, data, & respectivè recepta ac possessa fuerant, ex qua circumstantia duo resultabant, unum nempe ex regula text. in auth. sed quævis, Cod. de rei uxor. actio. de qua latè Boss. de dot. c. 8. ex nu. 120. & disc. 152. quod pro secundis nuptiis censetur data eadem dos, quæ pro primis constituta fuerat, cum eisdem qualitatibus, & conditionibus; alterum verò præsumptæ & verisimilis scientiæ ipsius mulieris, quæ cum viro cohabitando censetur de qualitate dotis informatâ, ut apud Baratt. dict. decis. 745. n. 4. ubi provido n. 7. & 8. inferretur ad exclusionem evictionis in dicta regula text. in leg. si fundum sciens.

Quæ scientia, ultra præmissa, ex eo etiam convincebatur, quod soluto primo matrimonio, filia reverfa est ad domum patris, atque secum apportavit literas patentes Montium à primis viri hæredibus restitutas, & in quibus literis hujusmodi iurium species consistere dicitur, atque in statu viduitatis tanquam unica filia cum patre convivendo de hujusmodi locorum qualitate distinctam scientiam verisimiliter habuit, ideoque dicebam alteratam valuationem, locis vincularis verè incongruam, prudenter factam esse honorificentiam causâ, & quia ubi hæc iura dantur in fundum dotalem, supponuntur inalienabilia, & pro dote semper conservanda, unde si ad forum deducenda non sunt, nil referre videtur, an majori, vel minori pretio valutentur.

Quoverò ad jus, vel interesse viri, quod fortius reputatur utpote solventis causam onerosam, ponderabam nil sua interesse, an majori, vel minori pretio dicta loca valutata sint, quoniam in sorte principali an plus, vel minus valerent, id

peccatū interesse mulieris, stante pacto quod in casu restitutionis eadem loca ita valutata danda essent, ideoque rationem interesse erat solum circa fructus, quorum nulla alteratio summe vinculi sequebatur, nam idem est fructus locorum liberorum ac vincularorum.

Est bene verum, quod adhuc in vinculo prædicto dici poterat virum habere formale interesse, tam primarium, quam secundarium, primarium scilicet in casu evictionis ratione dicti vinculi sequela: ratione fructuum constante matrimonio, ac ratione lucri statuarii eo dissoluto, in integro scilicet usufructu, extantibus filiis, & eis non extantibus in quarta parte proprietatis; secundarium verò interesse dicebatur illud idem, quod DD. fræquenter considerant in muliere respectu donationis, quæ fit viro contemplacione matrimonii, quod scilicet expedit dotem esse majorem, & ralem, qualis constituta fuit, ut ita filios ex matrimonio procreandos ditiores haberet ob separatam illorum successione, ex his quæ in dicto casu conventio habentur in Urbinate, & in aliis sub tit. de donationibus; verum utrumque interesse prædictum utpote remotum, & casus casus non evenerat; neque timor imminerebat, non videbatur considerabile ad effectum urgendi partem ad acquirendum loca libera, sed quod quando casus evictionis contingeret, tunc insitit deberet, an illa præstanda essent necne ob verisimilem ejusdem viri scientiam, ita ut in eo etiam intraret dicta regula text. in leg. si fundum sciens, & propterea pro meo iudicio decernendum videbatur quod vir reculare non poterat receptionem dd. locorum cum clausulis tamen præservariis pro casu evictionis quando contingeret, verum post unicam disputacionem non auctivi amplius de causa tractatum, forsan concordatam terminavit, vel quia pater de gratuitis defensoribus se providere curavit.

ANNOT. AD DISC. LX.

De locis montium vincularis, in quo differant à liberis, & quanti vinculum æstimetur, disc. 30. & 31. & in aliis pluries sub tit. de Regal.

FANEN. DOTIS, PRO CAMILLO DE PAZZIS, CUM JACOBO DE CASTRACANIS.

Causa decisa per Rotam pro Jacobo.

Dos ex certis creditis constituta, an censentur demonstrativè, vel taxativè, ita ut in casu deficientiæ competat necne actio contra dotantem, & de materia periculi nominis cessi, an sit cedentis, vel cessionarii.

SUMMARIUM.

- 1 Causa controversa.
2 Dotans præstando in dotem nomen debitoris, illud cedendo liberatur.
3 An argumentum superfluitatis operetur, ut nomen debitoris censentur promissum demonstrativè non taxativè.
4 Filius, vel sorori cui posita dote iam constituta amittenti an nova dos constituenda sit, & n. 11.
5 De materia quando destinatio sit taxativè, vel demonstrativè.
6 Et quando id dignoscatur, datur distinctio.
7 De ditione, li.
8 An, & quando periculum nominis cessi sit cedentis, vel cessionarii præsertim in dote.
9 Vir in dote fover causam onerosam, ideo magis privilegiatus, quam mulier foveri causam lucrativam.
10 Ubi dotans est in dolo teneatur de evictione etiam in casibus, in quibus alius non teneatur.
11 De conclusione, de qua n. 4.

DISC. LXI.

U deatam Victoriam de Castracanis ex Raynerio de Nolphis, Jacobus frater nupti tradidit Camillo de Pazzis, cui promissit pro dote scuta 3. mill. alius per Castracanium sponfa patrem promissa, & data primo viro prædicto, ex cuius bonis assensu effecit, cumque ob deficientiam bonorum liberorum dicti Raynerii, conjuges actionem subsidiariam intentassent ad bona fideicommissaria, & ab

& ab eis per Rotam exclusi fuissent ob eisdem Victoria culpam. ex eo quod passia esset pecunias hereditarias liberè creditoribus posterioribus liberari, seu ipsa sic solvisset, ut liquet ex decisione edita in Famen. dotis 4. Julii 1646. coram Cerro. Idcirco actiones Camillus dixit contra Jacobum in vim apocæ, sed succubuit coram A. C. & introducta per appellationem causa in Rota coram Verospio sub die 31. Januarii 1656. prolixe resolutio priori iudicio conformis ad favorem Jacobi, atque præcipuum resolutionis fundamentum fuit, quod ipsum debitoris nomen solum in dotem datum esset, ideoque illud præstando, ad aliud dotans non teneatur, ad text. in leg. promittendo, §. si a debitor, ff. de jur. dotum; Barbol. in leg. estimatis num. 10. pers. secundum est, ff. solut. matrim. firmando ex verbis apocæ nomen prædictum, in quo dos constituta erat, taxativè potius, quam demonstrativè promissum censerè, dum ab eo oratio incipiebat, illudque principaliter in contractum deductum erat.

Et quamvis ceteri pro viro actore scribentes satis insisterent in argumento superfluitatis, cuius ratione credebant promissionem prædictam demonstrativè potius stare debere, quoniam alijs superfluis fuisset Jacobi fratris intervenisse, dum poterat mulier ipsam dotare, seu nubendo simpliciter eadem dos constituta cenfetur. Respondet tamen decisio promissionem Jacobi non omnino inutilem esse, sed rectè operativam quoad obligationem veritatis dicti nominis, juxta assertivam ab eo factam, quod scilicet primo viro, à cuius bonis dictum fuit assequendam esse dotem, verè per Castrucium patrem, cuius Jacobus erat hæres, data fuerint scuta 3. mille, & ex quacunque operatione quamvis in parte, & non in toto cessare dicitur superfluitatis argumentum.

Dicebant etiam dicti scribentes præfati Jacobi, promissionem operativam quoque remanere debere, ac demonstrativè potius quam taxativè interpretandam, stante ejus legali obligatione iterum dotandi forem, cui dos male cauta constituta fuit, juxta decis. 77. Merlini cum alijs que habentur supra in Romana de Pioridis disc. 4. & in alijs hoc tit. respondet tamen decisio neque jus competere, stante quod dotis inextinguibilis ex bonis fideicommissariis ad eam restituendam idoneis, proveniebat ex ipsius mulieris culpa, cuius ratio Rota in supra enunciata decis. 4. Julii 1646. coram Cerro, eam reputavit indignam beneficio Auth. res que; mulieri autem propria culpa dotem amittenti, pater, vel respectivè frater ad novam dotem constituendam non teneatur, ad text. in auct. quod locum. Cod. de collationibus; Bart. in leg. si cum dotem, §. si post solutam numer. 2. ff. solut. matrim. Bald. in leg. finali, num. 9. & 10. Cod. de dotis promissione, Roer. decis. 131. num. 5. & 8. cum alijs in decis. deductis per Boss. de aliment. oblig. cap. 8. ex num. 558. & disc. 142.

Mihi pro eodem actore scribenti, quatenus pertinet ad punctum, an dictum nomen taxativè, vel demonstrativè promissum esset, reflectendo ad veritatem, resolutio non displicuit, siquidem de jure indubitatum est principium, quod ubi nomen, vel alia res taxativè in dispositionem, vel conventionem venit, non teneatur debitor aliud præstare nisi rem, vel jus taxatum, tale quale sit, cuius cessatio, vel peremptio, creditoris, vel recipere debentis damno cedit, ita ut super hoc nulla cadere videatur juris questio, que solum est facti, & applicationis, quando scilicet esse dicatur in actu taxationis, & quando in illo demonstrationis, atque super hoc solum omnes scribentium controversiæ tam in contractibus quam in ultimis voluntatibus versari videntur, ex deductis per Castruc. conf. 338. lib. 1. Dec. conf. 182. & 324. Laderch. conf. 159. Marcian. confil. 44. lib. 1. Cyriac. controverf. 336. num. 11. & 12. de Marin. res sol. 122. lib. 2. Rovit. decis. 57. bene Rota decis. 11. de testamentis in antiquis decis. 365. num. 34. & seq. par. 5. re- cent. Romana legati 22. Junii 1650. coram Corrado decis. 63. num. 21. par. 11. recent. & in alijs, de quibus non femel sub tit. de legatis.

In ista verò facti, seu applicationis questione, illa est recepta distinctio ad dignoscendum, an uno, vel altero modo dispositio concepta sit, quoad aut promissio, seu dispositio quantitatis ac modus, seu locus solvendi continentur sub unica, & eadem oratione, qua omnia instrum. complectatur, & tunc dicitur taxativè; aut oratio super dispositione, vel obligatione quantitatis est perfecta, modus autem, vel locus adiciatur in separata oratione, seu ita & taliter, quod una res ab alijs abque imperfectionis nota separari valeat, & tunc demonstrativè potius, ut bene La-

derch. dicto conf. 159. & Marcian. dicto conf. 44. numer. 4. ubi observat hoc non ita modicus ac stricte capiendum esse super orationis unicitate, vel duplicitate ut præcisè una, vel duæ orationes esse debeant, sed hoc solum fit indicium; an disponens, seu promittens modum, vel locum adiciere voluerit substantivè, vel executioni, ut primo casu pro taxativa, secundo autem pro demonstrativa fieri præsumptio.

Hac autem distinctio sic stante quatenus pertinet ad applicationem, verba apocæ clarè demonstrabant potius veritari in prima quam in secunda parte, tam à præcedentibus, quam à subsequenibus; præcedenter etiam Jacobus in dotem promiserat illa eadem scuta 3. mille, que primo viro data fuerunt cum dictione lii, ad oculum demonstrativa, ibi, promette liscuati 3. mil. altre volte promessi, e dati al quondam Ranieri, &c. ex deductis per Surd. dec. 125. numer. 1. apud quem concordantes, de quibus etiam in decisione, & deinde subsequitur dicendo, quomodo exigi debeant, ibi, quali scudi 3. mill. si devono cavare dall'liberi del detto Ranieri, unde præterea non dabatur oratio perfecta, & obligatoria, que distingui possent, & stare de per se.

Est bene verum quod hæc est nuda juris presumpcio ad cuius effectum in dubio dicta distinctio attendi solet ex contraria probatione, vel fortioribus præsumptionibus, & ad minusculis elidibilibus, juxta generalem regulam, que naturam præsumptionum, que sunt juris tantum, qua semper lex credit factò, unde si alie circumstantiæ fuerint potius taxativam quam demonstrativam, vel e contra, nulla ratio habetur de formula verborum, ut pro absoluto habetur apud omnes allegatos, atque in hoc alii pro hac parte scribentes quoad ea, que juris sunt, bene dicebant.

Verùm difficultas erat in factò, quod scilicet non concurrerent tales circumstantiæ, vel conjecturæ, quod hujusmodi voluntatem suaderent; ad argumentum enim superfluitatis bene responderetur in decisione ut supra, cumque hoc reputetur levissimum, sufficit pro eo dirimendo qualis qualis etiam modica operatio, etiam illa majoris declarationis, ut in Romana fideicommissi de Victoris apud Othob. decis. 244. & 291. & Lepini; & alterum obligationis alijs dicto Jacobo incumbens iterum dotandi, adhuc minus concludens videbatur non solum ex responsione data in decisione, quod ob mulieris culpam hæc actio non compete- bat, de cuius responsionis relevancia satis dubitandum videretur, ut infra, sed etiam quia cum factum hæc esset præ- tensio facti dubia, & disputabilis, probabile non est dictum Jacobum ita ex abrupto dictam obligationem purè suscipere voluisse.

Putabam autem resolutionem videri parum tutam ex alio fundamento, quod cum tunc verè dictum nomen esset non solvendo, dum bona libera non dicerent, atque ad fideicommissum regressus haberi non poterat, exinde sequebatur quod licet nomen esset verum de jure, attem non erat tale de facto, quo casu, cessante scientia viri recipientis, ob quam illius nominis valorem, seu quantitatem in eo demonstratam vir uxori donare cenfetur, periculum non est viri, sed promittentis, seu dotantis, juxta text. expressum in l. promittendo, §. si a debitor, ff. de jure dotum in leg. §. cum dotem, §. si mulier, ff. solut. matrim. ubi Bart. Barbol. in leg. estimatis num. 11. cum seq. Franch. decis. 108. Galeot. lib. 1. contrav. 32. num. 20. cum seq. Et licet DD. contendant, an dictarum legum dispositio tanquam fundata in ignorantia recipientis procedat in quocunque, ita ut nullus adde favor dotis, ut sentit Bart. vel potius fit dotis speciale, ut aliorum esse sententia, nihilominus quidquid fit de hujus questionis veritate, certum est in casu dotis id esse receptum, non solum favore mulieris, sed viri, qui magis in hoc defendens est privilegatus, quatenus sit privilegatus, quoniam ipse fover causam onerosam, Barbol. dict. leg. estimatis num. 10. cum seq. Galeot. dict. contrav. 32. num. 78. & 87. Et generaliter quod respectu viri dos dicitur semper titulus onerosus, plenè congerit Glurb. ad consuetud. cap. 3. glof. 5. par. 1. num. 12. cum seq. & Fontanell. de pact. claus. 5. glof. 1. n. 39. & seq. nam licet varias referat opiniones tanquam diverfas, nihilominus illæ continent potius limitationem quam negationem regule de viro foverente causam onerosam, & in quo proinde ad rem nostram magis dictorum jurum dispositionem recipiendam esse dicebam ex ratione deducta per Barbol. loc. cit. quod scilicet cum debitor non solvendo habeatur perinde ac si non esset, prorsus irrationabile videretur, ut ita dotans nihil præstando ab onere dotandi liberationem consequatur, & e converso virum abque

ANNOT. AD DISC. LXI.

AN nomen debitoris datum in dotem cenfetur datum demonstrativè, vel taxativè, conferunt ea que habentur, disc. 14. & conferunt deductas, disc. 20. de legat.

Et cupis sit periculum nominis celsi, an cedentis, vel cesionarii, sub tit. de cred. disc. 64. & 65. & infra, disc. 157.

F A N E N. D O T I S.

P R O G I S B E R T I S.

C U M A L E X A N D R O M A R I O T O.

Causa decisus per Rotam pro Gisbertis.

An mulier habeat ad versus dotantem actionem petendi dotè viro directè promissam, seu constitutam sine viri, vel ejus hæredum cessione. Et an mulieri petenti dotem à dotante obfiter exceptio adimplementi promissi per virum circa renunciationem, vel alia.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Mulier an sine cessione agat directè contra dotantes pro dote soli viro promissa.
- 3 Declaratur.
- 4 Equitas quando admittenda, vel respicienda sit.
- 5 Mulieri agenti ad dotem an obfiter exceptio implementi renunciationis promissa per virum.
- 6 De correptione quoad dicatur ad esse.
- 7 De promissione facti alieni præsertim facta per virum occasione matrimonii.

D I S C. LXII.

Romulus de Gisbertis nuptiis tradidit Violentem ex fratre neptem Alexandro Mariotto, constituta dote in duobus prædijs valoris scut. 3. mill. in apoca dotali inita cum solo viro, qui promissit Violentem, postquam sua uxore erit, renuncianturam ad favorem dicti dotantis ejusque hæredum omnibus ejus bonis paternis, maternis, fraternis, & alijs; cum autem unum ex dictis prædijs possessum cum pacto redimendi, redemptum esset depositato pretio, ad istud Alexander timens per hæredes non implementi, curavit agi per uxorem, atque introducta per appellationem à quodam decreto Ordinarii causa in Rota coram Celso, assumptaque disputatione super dicto pacto, tam excipiendo, quam etiam ut idem ad eus implementum cogi valeat; scribens pro dotantis hæredibus tres constituebant inspectiones, unam, an pro dote constituta soli viro, mulier actionem habeat sine cessione contra dotantem, alteram, quatenus habeat, an si obfiter eadem exceptio non implementi, que viro obfiteri, & tertiam, an vir qui factum alienum promissit, ad illius observantiam teneatur.

Quatenus pertinet ad primam, licet admitterem opinionem, quam cum copiosis allegationibus scribentes in contrarium probant, non est scilicet, vel de equitate ob circuitum inane, vel ob stipulationem Notarii pro muliere, seu frequentibus, præsertim in Curia, & Statu Ecclesiastico, ratione obligationis Cameralis contentis in ventre stipulationem pro omnibus quorum interest, mulieri concedatur actio exigendi dotem soli viro promissam etiam sine cessione, ex deductis per Franch. dec. 33. Fontanell. de pact. claus. 6. glof. 1. p. 1. Gregor. & Aden. dec. 597. Altograd. conf. 31. lib. 1. cum alijs per Boss. de dot. c. o. num. 47. apud quos, & alios per eos allegatos liquet, quod licet contraria opinio negativa in stricto jure sit verior, hæc tamen ex dictis rationibus, vel eorum altera est frequentius in foro recepta, ut infra, disc. 162.

Nihilominus dicebam, frustra hujusmodi questionem assumi, cum ea procedat, quando soluto matrimonio per mortem viri, mulier ad versus dotantes agit, quod etiam ex rationis identitate recipiendum esset, ubi eo etiam constante mulieri potius quam viro incumbere, ac interesse dotem exigi, vel ob viri mortem civilem, seu exitium, aut longam absentiam, seu ob inopiam, cuius ratio mulieri pure affectationis datur dotis administratio juxta terminos textus in leg. si constante; de reliquo enim constante matrimonio dicebam casum esse extra questionem ob text. literalem in leg. si pater, Cod. de dotis promissione, cum concord.

abque dote matrimonii oneribus subjaceat, & habetur infra, disc. 163.

Et que magis resolutio ex isto capite displicebat, dum edita decisione vidi, nullam huic motivo dari responfionem; verum deinde facta meliori consideratione agnovi motum non esse ad solidum ut credebam, nam ea que in dictis juribus disponuntur, seu super eorum interpretatione DD. tractant, procedere videntur in duobus casibus, in quorum neutro verfabamur; primo nempe, ubi quis jam est debitor dotis constituta in qualitate, cuius solutionem nomen debitoris dat in solum, seu aliàs cedit pro soluto, quo casu verè, & propriè intrat questio generalis super periculo verè, & propriè intrat questio generalis super periculo nominis celsi, juxta terminos in leg. si nomen, ff. de hereditate, vel actione vendita, & leg. pupilli, §. Soror, ff. de solut. qui casus non erat nostro applicabilis; & secundo ubi quis dotare teneatur, atque ad satisfaciendum suæ obligationi dotem in nomine debitoris constituat, quia si illud de facto non est verum, quamvis de jure esset tale, in effectu quoad ipsum dotantem erat jam inutile, & consequenter intrat dicta ratio, quod injustum est, ut nihil præstando liberationem à sua obligatione dotans assequatur, & e converso vir nihil recipiendo matrimonii oneribus se subjaceat; idque etiam si dotans esset in bona fide, ac ignarus malæ qualitatè debitoris, quoniam si esset conscius, tunc intrare dicitur actio de dolo, cuius ratione dotans, si ve fit de dotare obligatus, si ve de extraneis, que si ve dos incipiat à promissione, si ve à traditione, indistinctè teneatur de evizione erga virum, qui pariter non esset sciens, ad text. in leg. evizione, Cod. de jur. dotum, ubi Oddofred. Catus, Baldus, Salicetus, & ceteri. & Fontanell. de pact. claus. 5. glof. 8. par. 14. numer. cum sequ. in quo quocumque casu pariter non verfabamur, quoniam frater non creditur se ad dotem obligatum, dum solum jam occasione primi matrimonii dotem habuerat, quam, explacando solum id quod de jure intrat, secundo viro assignaverat.

Bene verum, quod stante detecta primi viri inextinguibilitate, ob quam ista mulier indotata remanebat, credebam ei ejusque viro competere jus implorandi judicis officium pro nove dotis constitutione ad versus fratrem patris hæredem ob primam dotis amissionem, non obstante responsione decisionis, ut hoc jus non competat mulieri culpa, quam quia etiam isto casu competere videretur saltem illud subsidium, quod ad mensuram alimentorum conceditur filijs culposè viro indigno nubenti, juxta decisionem Burat. 434. tum claritius quia verè in hac facti specie cessare videbatur dicta limitatio in applicatio, cum non esset culpa talis, ob quam mulier hoc beneficio indigna reputari debeat, dum Rota illam à subsidio remedio auctoribus que, excludit, ex eo quod solvisset liberè pecunias hereditarias viri creditoribus posterioribus, qui actus legaliter dici potest culposus in ordine ad illum finem, ad quem eum ponderavit Rota, excludendi scilicet à dicto remedio respectu dotis restituenda verè exorbitantis, sed non inde dici potest culposus de facto, ita ut tanquam sapiens delictum inducere debeat prævisionem juris petendi novam dotem ob primam amissionem, cum sit res proveniens à mera subtilitate juris in muliere excusabili, si ve ab errore facti ob credulitatem, quam mulier de sufficiencia bonorum viri habere potuit, confisa forte etiam in bonis fideicommissariis, que libera credebatur, unde actus, potius cuidam sinceritati ac bonæ fidei tribuendus videbatur promptè satisfaciendo viri creditoribus, nisi illius anima & fama præjudicium parerentur, atque in concursu culpas, longè major videbatur illa patris liberè ac in quantitate solvendi primo viro illam dotem, quam in fundis dotantibus dare poterat, vel saltem investituram, & bene cautam, potissimè respiciendo viri, qui nullam habens culpam imaginabilem, ita minus remanebat cum suppositione onerum matrimonialium, eximendo hæredem patris, qui ut supra culposus esse poterat, ideoque, quicquid esset respectu ipsius mulieris foveritis causam lucrativam, & quoad novam dotem in forte principalis eidem constituendam, tamen saltem quoad reintegrationem viri in fructibus loco alimentorum quas videbatur pro meo judio indubitatas, sed ut dictum est, erat actio ex integro exercenda per viam implementationis officii judicis ex dispositione juris, non autem ex dicta conventionione, qua solum attenda, creditur justè ita resolutum fuisse, incertum tamen est, an causa ulteriorem habuerit progressum.

cord. in specie deductis per Carem. resolut. 63. ut scilicet mulier nullum habeat actionem exercitum contra dotantem, qui soli viro promissit.

Potissime verò in hac facti specie, in qua soluto etiam matrimonio, adhuc pro meo iudicio negativa opinio iuxta decisionem 33. Franch. & concord. tenenda esset ob cessantem rationem aequitatis, seu inanis circuitus, quoniam viro, vel eius hæredibus, à quibus de stricto jure cessio mulieri facienda est, obstat exceptio non implementi, de quo infra; opiniones enim fundatæ in aequitate, seu in ratione inanis circuitus, rationabiles in foro contra juris rigorem magis receptæ sunt, quoties jus alterius non sit deterius, neque ejus interest magis ab uno quam ab alio exigi, cum tunc esset mera juris formalitas ex laudabili modernorum sensu non admittenda, secus autem ubi jus alterius sit deterius, ejusque interest, cum tunc iniquitas esset exercere aequitatem, quæ injustitiam, seu lesionem produceret, constabat etenim affectatè à viro prævidente objectum mulieris personam supponi, cum nulla subesset ratio, ob quam ipse agere non deberet.

Quoad secundam licet scribentes in contrarium notitiam non haberent de jura firmatis in Beneventana dotis coram Bichio, editis in causa, de qua habetur supra, disc. 29. quod scilicet exceptio renunciationis promissæ per virum non impediat mulierem soluto matrimonio agentem adversus dotantem, sed insisterent super ratione corresponsivitatatis cum regulis generalibus super unitate, vel pluralitate orationum, nihilominus excitando ex me magis strictè objectum, ac deducendo in campum dictas decisiones utpote satis punctuales, dicebam, etiam cum sensu veritatis, illas nullatenus obstat ex defectu applicationis, cum fundentur in tribus rationibus in presenti non concurrentibus; primò nempe, quod dotis constitutio iam præcedere præcesserat, & deinde per capitulum separatum vir renunciationem promiserat, quod dici non poterat in presenti, dum verè una erat periculis, vir orationis structura, undè propterea corresponsivitas erar indubitata, & de plano intrabant firmata per Cavaler. decif. 64. ut in eisdem decisionibus admittitur (licet hoc fundamentum mihi in ea causa pro obtinente scribenti partium videretur, cum in eadem scriptura non dicitur ordo per prius ac posterioris, atque corresponsivitas restricta non sit ad orationis unitatem, quia non solum contenta in eodem instrumentum in capitulis separatis, sed etiam in instrumentis diversis eadem die coram eisdem Notario, & testibus censetur corresponsiva, quinimò quandoque ex admitticulis, ac facti circumstantiis etiam gesta in instrumentis initis ad dies ducti facti qualitates, & circumstantias, cum in hoc non spectetur formalitas verborum, vel ordo scripturæ, sed substantia voluntatis partium.)

Altera erat de decisionum ratio solida implementi præsumpti ob lapsum 30. & ultra annorum cum observantia; & tertia melior, quod eam dotem in apocha matrimoniali à patre constitutam eisdem filii reliquerat in testamento jure institutionis, ut tenebatur; undè successit loco legitime ipso jure relictis onus, quod patre vivens adiacere potuit doti filii constituta, donec illa dictam diversam naturam, seu qualitatem assumeret, quod in hac facti specie cessabat, dum agebatur de dote constituta per extraneum ad id non obligatum, aliis non dotaturum, undè corresponsivitas erat indubitata, neque contractus dividi poterat.

Demum quoad tertium, quicquid disputat DD. in terminis generalibus super promissione facti alieni, ex planè deductis per Barut. & Adde. decif. 64. in Romana pecuniaria 24. Novembris 1659. & 17. Martii 1662. coram Bevilacqua, & que est pro Duce Caffarello cum Christophoro Cineio, de qua in sua materia sub tit. de Creditis, vel altero de Contractibus, & obligationibus in genere; in terminis tamen peculiaribus hujusmodi promissionis factæ per virum occasione matrimonii cum eo initis, & dotis sibi constitutæ, passim in foro rejecta est decisio Asslicti, atque recepta opinio, ut vis faciendo diligentiam non excusetur, cum sic aliis doli ac fraudibus lata via aperiretur ob faciles collisiones inter conjuges, ac etiam quia cessat voluntas promittentis alias matrimonium cum eo viro non contracturi, neque talem, seu tantam dotem promissurum, Franch. decif. 624. per tot. Cavaler. decif. 64. A. cons. 10. n. 20. cum seq. & melius de potest. Præleg. tit. 9. de succ. mulierum in vul. n. 10. cum seq. Molphet. de consuetud. 1. s. m. tit. de renunciatione. q. 11. n. 24. & seq. Thor. in compend. dec. p. 1. verbo promittentis contrare, & facere. Rota in Afulana renunciationis 22. Maji 1651. & prima Julii 1652. coram Certo, quarum prima est dec. 150. p. 11. rec. & in aliis frequentes, præsertim in Afulana dotis. seu pecuniaria 24. Januarii

1653. coram Dunozeo inter suas dec. 928. ubi licet dicatur, quod facta casu luccionis, hujusmodi promissio facta per virum non impediat mulierem ad eam assequendam, admittit tamen dotantibus competere contra virum actionem ad damna, & interesse ob non adimpleta promissæ; causa proposita sub die 28. Junii 1660. juxta præmissa per Gisbertum prodit resolutio, ut patet ex decisione de super edita impressa inter illas Celsi dec. 330. ex eo solo fundamentum, quod non constaret Marottum virum falem fecisse diligentiam, ad quas quacumque opinione retenta tenetur absque alia præmissorum discussione; incertum tamen est, an causa ulteriorem progressum habuerit.

ANNOT. AD DISC. LXII.

Uo continetur in hoc discursu, primò nempe, an mulier habeat directè actionem contra dotantem pro dote promissa viro. Et secundò circa promissionem facti alieni. Super primo rara est questio tum ob aequitatem, de qua in discursu, tum claritas ob clausulas apponi solitas, vel ratione obligationis cameralis; de secundo autem agitur disc. 124. de credito, & disc. 13. de renunciatione.

GALLIEN. SEU URBANIEN. DOTIS.

PRO AGABITO PIER FRANCISCO, CUM HEREDIBUS POMPEJI CLAVARII.

Casus disputatus coram Judice Collegii Germanici.

Dotans an teneatur de evictione, vel ad damna, & interesse ob non benè expressa vincula rerum datarum.

Et ubi vinculum est ad favorem ipsius dotantis, an dando in dotem bona finalis vinculi reservatione; censetur remissum, vel potius præservatum, præsertim onus substitutionis.

S U M M A R I U M.

- 1. Casus controversæ.
2. Habens aliquid jus in re data in dotem, censetur dedisse solum illud jus, quod habebat.
3. Habens jus, vel spem substitutionis in re data in dotem, an censetur dictam spem ita remittere.
4. De materia penditoris non exprimitur rei defectus.

D I S C. LXIII.

Lim Fabius Clavarius in ejus testamento scripto herede Pompeo fratre reliquit Virginie ejusdem Pompei filie scuta 300. per heredem præstanda tempore nuptiarum, vel in tot bonis fructiferis, vel in pecunia in annuus census investienda, sub eadem ut in dotem dari non deberent, sed extra illam ad usum, & fructum dicitæ Virginie esse deberent ejus via ducante, quæ finita revertit ad eundem Pompeum, qui nuptii tradendo filiam prædictam Agabito cum dote scutorum 3300. declaravit in ea comprehensionem esse dictum legatum à Fabio Virginie factum; cumque ad aliquod tempus disolutum esset matrimonium per obitum mulieris filius superstitibus, atque Agabitus residuum dotis una cum fructibus à filiis, & heredibus dicti Pompei etiam defuncti petere, exprecabant isti de facto casu reversionis, vel substitutionis ad eorum favorem dicti legati scutorum 300. ob mortem legatarie juxta formam testamenti, quos propterea Agabitus vel jure proprio, vel tanquam pater, & legitimus administrator filiorum ejusdem Virginie heredum petere non poterat, & ex hoc iudex Collegii Germanici competens in causa, dum unus ex colligantibus erat dicti Collegii officialis, sententiam absolutoriam protulit, à qua interposita appellatione, & assumpta disputatione in secunda instantia, in hoc sensu per Agabitum ad ejus defensionem assumptus, cum sensu veritatis, de qua ille prius quam ad causæ opportunitatem coram iudice scriberem, requisierat, dicebam, quod aut agitur de fructibus dotalibus, quos juxta dispositionem cap. salubriter, ipse tanquam vir ex hac rata dotis non solute in compensationem onerum matrimonialium prætendebat à dotante, qui fructus solverat mulieri ad formam testamenti; aut de ipsa sorte principali, num scilicet per mortem mulieris spectaret ad Pompeum, vel ejus heredem jure substitutionis, vel potius

potius ad filios ex dicto matrimonio superstitibus matris heredes, quorum nomine Agabitus tanquam pater, & legitimus administrator, ac etiam pro jure proprio usufructus pro dictæ sortis assecutione agebat.

Quod fructus gravem sentiam difficultatem contra requirerent, cuius præsentio omnino incongrua videbatur, cum juri ac rationi repugnare videatur, ut pro eodem debito duplicatum fructum, seu usuras duobus creditoribus debitor solvere debeat, unde cum solvisset fructus legatarie absque dubio debitos loco damnorum, & interesse ob non factum investimentum, seu non factam traditionem bonorum fructiferorum ad formam præcepti statutorii, jam sua obligationi satisfecerat; nil obstante, quod ita vir absque hac dotis rata matrimonii onera supportaverit; undè scribentes pro eodem viro in paribus inferebant ita dotem penitus inutilem viro remanere, quoniam cum dotis promissio in istis scut. 300. aliud non haberet nisi, vel proprietatem, vel spem dictæ substitutionis omnino exitura, cum etiam hæredes substituti vocati essent, ita censetur ipse defensor in dotem sibi iustus, quod habebat, & prout habebat, & non ultra, ad text. in l. quod in rerum, si usufructum, ff. de leg. 1. l. qui tabernas, ff. de contrahen. emp. cum concord. per Gregor. dec. 225. n. 2. & 3. Cenc. de cens. qu. 20. Rota in Romana apothecæ, seu pecuniaria 8. Junii 1654. & 25. Junii 1655. Bichio, quarum sententia est dec. 66. pari. 12. recent. & sequus.

Quoverò ad sortem è converso injusta videbatur præsentio heredum dotantis, quia cum non ageretur de onere substitutionis ad favorem tertii, quo casu caderet inspectio evictionis, seu refectionis damnorum, & interesse ob non factam expressionem hujus vinculi, super qua reliqui pro hac parte scribentes insisterant, ut infra, sed ageretur de substitutione ad favorem ejusdem dotantis; hinc proinde præsumptio est data esse in dotem id quod ad ipsum spectabat, consistens in dicta proprietate, seu spe, vel jure substitutionis ex jure supra, allegatis in conclusione, quod disponens de re censetur disponere de eo jure, quod habet, potissime quia titulus dotis non remanebat in alio verificabilis, cum ex præcepto testatoris, cui præsumendum non est heredem voluisse contravenire quoad fructus, illi extra causam, ac titulum dotis remanere deberent; undè quemadmodum habens solam proprietatem, seu spem certam reversionis in aliqua re, illam donando, legando, vel alias de ea disponendo, censetur donare, vel legare pro eo jure quod habet, ita in presenti; ad quod conferre observabam omnia, quæ in jure habentur de fideicommissario, qui certam scientiam habens fideicommissi, rem fideicommissariam emit, dividit, vel alias contrahit per defectum contractus de sui natura importantis libertatem, ex deductis per Fufar. de substit. q. 593. 594. & 598.

Cæteri scribentes pro hac parte insisterant in obligatione venditoris specificandi vincula, & onera rei in contractum deductæ, quodque non sufficit assertio generalis, & obscura sub involuero verborum, allegando deducta per Mangill. de evict. qu. 133. num. 13. & 14. Adde. ad decif. 10. num. 24. part. 3. recent. E converso autem scribentes pro altera parte laborabant in eo quod sufficeret implexita narratio per relationem ad testamentum, ex deductis per Surd. dec. 265. ubi Adde. sed hæc à casu extranea credebam, magis autem videbantur proxima esse præcedentia, & cum eodem sensu procedebam scribendo ad causæ opportunitatem, incertus tamen est causæ exitus.

ANNOTAT. AD DISC. LXIII.

N dotans teneatur de evictione, agitur infra, disc. 157. & in hoc tit. disc. 177.

FULGINATEN. DOTIS, PRO CONSANTINO BRANCALEONE CUM CREDITORIBUS DOTANTIS.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Consantino.

De reviviscencia priorum jurium, & actionum favore dotis, evictis bonis datis in solutum.

S U M M A R I U M.

- 1. Casus controversæ.
2. Evictis bonis in solutum datis pro dote reviviscunt priora jura, & quando limitantur.
3. De ratione, ob quam in dote id generaliter procedat.

Card. de Luca, Lib. VI.

D I S C. LXIV.

Um quædam bona data in solutum pro credito dotali consistente in quantitate, fuissent evicta ex culpa heredum patris, qui eadem bona dederant, atque super bonis paternis adesse concurrunt, præstendebant creditores dote posteriores, Brancalcione venientes ex jurebus anterioribus dotalibus ejus matris, vel auctoris, eis vis non posse tanquam extinctis per dationem in solutum, non obstante quod bona in solutum data evicta essent, quodque favore votis in casu evictionis detur priorum jurium reviviscencia, quoniam dicebant scribentes pro creditoribus id recipiendum esse, quando evictio sequuta esset culpa ipsius patris dotantis ac debitoris, secus autem dum sequuta erat culpa hæredum, dictaque distinctio ardebat iudici, difficultatem proinde ad hunc punctum cum causa Patrono restringenti; quare super hoc ac scribendum ex parte Brancalcionis requisitus dicebam, quod nisi viderem rationes, vel auctoritates, quibus hæc difficultas immitteretur, non agnoscebam ejus fundamentum, quod etiam me informante idem iudex agnovit, unde decretum favorabile huic parti concessit, executioni etiam demandatum.

Certa enim est juris regula, quod evictis bonis pro dotali credito in solutum datis, reviviscunt primæ jura, prioræ actiones, perinde ac si actus dationis in solutum sequutus non esset, juxta text. clarum in l. 1. n. 1. res. 98. in principio, ff. de solut. ubi Bart. Castren. & Angel. qui dicit istam tex. limitare omnia jura mundi, idemque probat text. in l. si cum dote, §. mulier il primo, ff. solut. matrim. ubi pariter Bart. & Angel. & est communis traditio, de qua per Surd. cons. 145. n. 34. Fab. de Ann. cons. 90. n. 11. Mangill. de evict. q. 245. nu. 37. & 42. omnium latius Castill. dec. 5. nu. 7. cum seq. & Rota sæpius præsertim in Romana dotis 11. Februarii 1647. Bichio, ubi tunc solum dicta conclusio limitatur, quando casus evictionis ipsi mulieri, vel viro tribui potest, de cætero autem dicta altera limitatio attributa non legitur, neque aliqua iudicialis ratio eam fuisse videtur.

Dicti enim dotalis privilegii ratio non consistit in eo, an evictio ex culpa dotantis, vel sine, evenierit, sed in eo, quod novatio, seu liberatio regulariter oriens ex datione in solutum dicitur nulla, quoties agitur de dote præjudicio, ita ut actus habeatur pro infecto; ac etiam quia ex dote peculiaris natura; & privilegio creditum non ex tinguatur, nisi res perempto ac irrevocabilitate maneat penes mulierem, ut apud allegatos, præsertim Castill. dicta dec. 5. nu. 8. cum seq. & 13. ubi cæteri, & sic specatus effectus non curato modo, seu causa evictionis, & hæc dicebam, etiam cum sensu veritatis, atque ita iudicatum fuit, quoniam nihil referit evictio sequatur ex facto obligati dotare, vel ejus qui in executionem obligationis dotavit.

ANNOT. AD DISC. LXIV.

De reviviscencia primæ vorum jurium agitur infra, disc. 166. disc. 32. de Credito, & disc. 81. de Feud. & disc. 15. de Cens.

FOROSEMPRONIEN. SEU FANEN. DOTIS PRO PETRO MARIA AMIANO, CUM N.

Casus resolutus per A. C. & Signaturam pro Amiano.

Exceptio excessivitatatis dotis an impediat illius exacti onem ac processum executivum, & quando dos dicatur excessiva necnè.

S U M M A R I U M.

- 1. Facti series.
2. Exceptio dotis excessivæ non admittitur in iudicio executivo.
3. Dos debita ex statuto non regulatur à legitima.
4. An & quando in dote constituta per minorem requiratur solemnitas statutarie.
5. Qualis lesio attendatur in dote, & quando ejus constitutio dicatur lesiva, distinguuntur plures casus.

D I S C. LXV.

P etrus Maria Amianus suavissimis motibus præditus, & circa meam Curiam in Italia, nedum acta familiaritate, sed etiam domus ac mensæ societate aliquo tempore conjunctus,

2us, improbus hujus professionis labores, aliaque Curia Romana incommoda perhorrescens, cum quibus nimis caro pretio inveniunt illi honores, quos abique violento fortuna vento, vel alio extraordinario auxilio, emeriti per viam virtutis assequuntur, volentque potius in privata commoda fortuna tranquillam vitam suis moribus adaptatam ducere, Fanensem Civitatem eius patriam repetit, ibique uxorem duxit cum dote scilicet 5. mill. juxta morem regionis inter nobiles congrua sibi promissa per tutricem fratris sponsæ, qui patris hæres volens forem excludere in vim Statuti ad eam dotandam tenebatur; cùmque aliquod notabile residuum à fororio majore solvi controverteretur, coactus fuit viam judicialem assumere, atque sub meo patrocinio ex corde præstito mandatum executivum ab A. C. obtinuit, à Signatura Justitiæ canonizatum cum clausula sine præjudicio executionis, ob quam subsequatur lis finem habuit.

3 Exceptio que ex parte dotantis adversus proprium debitum opponitur, consistit in læsione resultanti ab excessu constituti dotis, quam minore consistendam fore attentio patrimonii contendeat, pleraque enim alia, que opponuntur, erant levia, consideratione indigna, undè ad hæc exceptionem oppositio restringebatur; sed pro ejus rejectione dicebam, atque per judicem admittum fuit, quod quidem esset de illius substantia in judicio ordinatio, in hoc tamen processu executivo in vim obligationis generalis admittenda non erat, quoniam in specie ut exceptio excessus admittenda non sit in judicio executivo firmatum fuit per Rotam in Tudertina dotis prima Julii 1626. coram Merlino inter suas decis. 237. repetita post Mangil. de substat. decis. 105. & Romana Casalis Aguzzani 27. Junii 1640. coram Rojas inter suas decis. 117. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 9. q. 27. n. 42. atque clarè probatur ex viva ratione, quoniam excessus, seu læsio in dubio non præsumitur nisi probetur, cum præsumptio stet pro justitia, & validitate actus.

4 Ad sciendum autem dictam probationem, opus est firmare statum hereditatis, quod postulat altam discussionem, ideoque hujusmodi exceptio tanquam altioris indaginis non debet esse apta retardare iudicium executivum de sui natura per hujusmodi exceptiones non impediendum; multò magis quia non solum dabatur status hereditatis paterne desumptus ex inventario, ex quo incontinenti constabat, quod regulando dotem ad mensuram legitimam, nullus aderat excessus, & tamen hujusmodi regula præcisè necessaria non est, cum sitante Statuto exclusivo, ac demandante feminas congruè dotari, attendatur solum paragium, seu congruitas sive infra sive supra, dummodò non excedat vitilem, præterquam ubi Statuta non excludunt simpliciter, sed propter dotem succedentem loco legitima, ut est in Regno Neapolis, quo casu mortuo patre dos non potest esse minus legitima præterquam in Magnatibus, in quibus juxta unam opinionem sola ratio congruitatis attenditur, ex deductis per Aponi. conf. 65. lib. 1. & alios frequenter, atque incidenter habetur in Uritana, seu Januæ. sub tit. de feud. disc. 108. & infra, disc. 143. ac alibi, quoniam est distinctio recepta.

5 Altera etiam vehementer præsumptio exclusiva excessus in præsentem concurrebat, quod pater vivens alteram filiam collocaverat cum dote scutorum 7. mill. undè propterea donec decederet de dimiuto patrimonio, ac immutato rerum statu, magna urgebat præsumptio pro validitate actus, tum ob æqualitatem inter filios servandam, tum etiam quia tutor regulariter recitè suum officium facere dicitur, quando se accomodat, ut quæ pater pupilli facere solebat, ac verum si licet esset si viveret, multò magis dum longa inter se conmutat.

6 Opponebatur etiam defectus solemnitarum requisitarum à Statuto in contractibus pupillorum, vel minorum, sed et levis exceptio, quoniam licet receptum sit quoad minores ac pupillos dotem non esse privilegiam quoad solemnitatum interventionem, cum privilegium procedat solum respectu mulierum, ut latè dec. 262. part. 9. recent. & habetur pluries hoc eodem tit. Attamen procedit in constitutione dotis voluntaria, secus autem in necessaria, ut dicta disc. 262. part. 9. decis. 55. part. 6. Orthob. decis. 126. num. 9. Auximiana dotum 6. Februarii 1654. Bichio. & in aliis. Est bene verum quod nisi adesset paternum exemplum super majori dote alteri filii constituta, atque status hereditatis ex inventario firmatus incontinenti non deceret congruitatem, ista exceptio mihi aliquam inferebat difficultatem, cum ageretur de actu, in quo minor, vel pupillus lædi potest, quo postea intrat necessitas solemnitarum, que ad hunc effectum desi-

derantur, quoties dotis privilegium eas non supplet, ut est cum mulieribus; læsio etenim etiam in dote necessaria, ubi pater pupilli eam non taxavit, ut erat in casu decisionis Orthob. semper adesse potest, non quidem in substantia ipsius constitutionis in genere, cum hic factus necessarius omnino faciendus, sed in quantitate, seu taxa, ad cujus effectum solemnitates omnino desiderandæ videntur, undè in præsentem facti circumstantiæ, illa præsertim paterni exempli, fuerunt possitima causa, ut exceptio non haberetur in consideratione.

7 Quia verò stylus est, præsertim Signaturæ, etiam in executivis gustare summarie de meritis ac bono jure causarum, ideoque in præsentem disputatum etiam fuit, an & quæ læsio requiratur in materia dotis, ut illa excessiva dici valeat, cum plerique velint in dote quamlibet læsionem licet intra dimidiam sufficere, alii verò velint hunc etiam contractum aliorum jure regulandum esse, ideoque requiri læsionem ultra dimidiam, juxta terminos tex. in l. 2. Cod. de rescind. vend. ut liquet ex deductis pro utraque sententia per Barbof. in 4. part. rubr. solut. matrim. n. 25. & Arias de Mela lib. 3. variat. cap. 19. & infra, disc. 156.

8 Concluditur tamen juxta stylum Curie dicebam, recedendum non videri à distinctione, quod aut agitur de ipsa dotis constitutione in genere, seu substantia, quia nempe quis dotem constituit mulieri, quam dotare non tenebatur, & tunc aut agitur de majore habente liberam suorum bonorum administrationem, & non intrant termini læsionis, sive sit in modico, sive sit in magno, quoniam ea non datur in donatione, quam hujusmodi donatio continere dicitur; aut in pupillo, vel minore, & tunc actus dicitur absque dubio læsivus, cum læsio fit in toto, dum hujusmodi personis facultas voluntariè, ac sine causa dotandi non conceditur à jure.

9 Si verò læsio non est circa substantiam dotis de necessitate constituenda, sed sit circa quantitatem, quia prætendatur supra, vel infra congruam constituta, & tunc licet non desint contradicentes, probabilius tamen ac recipienda videtur opinio Bald. Novell. cujus autoritas in hac dotali materia magna est, quam recipiunt Barbof. & Arias de Mela ubi ut supra, requiritur læsio ultra dimidiam; quod sanè recipiendum videtur in majoribus liberam suorum bonorum administrationem habentibus, in quibus cadere potest ratio implicite donationis, quam circumventus de reliquo facere poterat, secus autem in minoribus, vel aliis sub aliena administratione viventibus, quorum respectu quamlibet læsio sufficere videtur, quoniam ipsi, vel eorum administratores, secus donationem expressam facere non possunt, ita neque hæc implicite sub alterius contrahentis circumventionem contentam.

10 Aut demum læsio prætenditur, nec circa substantiam dotis, nec circa ejus taxam, sed circa pretium bonorum, que in dote data sunt, quia nempe fundus valens decem denari pro 15. vel eontrà, & tunc recipienda videtur opinio distinctè admittens læsionem, quamvis dimidiam non excedere, per dispositionem tex. in l. i. iure successum, §. ult. & l. feres, §. i. ff. de iure dotium, cum concord. per Barbof. & Arias de Mela ubi supra; quod sanè recipiendum observabam, ubi agitur de bonis, que in dote data sunt inestimata, & tanquam fundus dotalis, secus autem ubi bona data sunt æstimata cum vera æstimatione, ac loco quantitatibus, in qua dos consistit, cum tunc in esse censetur contractus emptionis, & venditionis, in quo viri personam tertii, seu extraneæ emptoris gerere dicitur, deoque regulandum est cum terminis tex. d. l. 2. de rescind. vendit. ut in specie Barbof. in l. æstimat. n. 21. & seq. Fontanel. de pat. claus. 5. glof. 8. part. 13. num. 51. ubi audaciam Fabri redarguit, quod tot majores de errore imputare præsumat, nisi ageretur de actu geò inter ipsos conjuges, undè raso referenda veniat ad fraudandam prohibitam donatione n. inter conjuges, qui proptèr videtur sensus tex. in dict. l. feres, §. i. ff. de iure dotium, & habetur infra, disc. 150.

ANNOTAT. AD DISC. LXV. & LXVI.

De dote excessiva, & inofficiosa agitur in his discursibus, & latius, ac generaliter infra, disc. 156. ubi etiam de dote læsiva, de qua in hoc tit. disc. 195.

ROMANA INOFFICIOSITATIS, PRO APOLLONIA MANZA, ET ANGELO VALENTINO, EJUS VIRO, CUM ANNA MANZA, ET CREDITORIBUS.

Discursus pro veritate.

De dote inofficiosa per patrem unius filiarum constituta, quomodo & in qua parte per alios filios revocetur. Et an in eo quod ex isto capite per filios à sorore advocatur, jus habeant creditores patris.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti seriet.
- 2 De actione inofficiosa dotis competere filiis dotantis.
- 3 Quando dicatur inofficiosa tantum, & quando etiam consilio.
- 4 Hæc actio non datur in vita parentis, & de ratione, & num. 6.
- 5 Quod eo mortuo constante matrimonio, pro quo dos est constituta.
- 6 Declaratur conclusio, de qua n. 4.
- 7 Quale tempus attendi debeat ad regulandam inofficiositatem.
- 8 An creditoribus jus competat ad id quod à filia dotata advocatur jure inofficio.
- 9 Creditores non dant de inofficiositate.
- 10 Creditores post donationem non habent actionem adversus dotem, & dotam.
- 11 Creditores anteriores cum hypotheca ex causa lucrativa vincunt posteriores ex causa onerosa.
- 12 Quare jus ad dotem competit creditoribus chirographariis in prejudicium viri.
- 13 Quare creditoribus prædictis non datur jus contra dotem in prejudicium viri, & datur filiis actio inofficiosa.
- 14 De pluribus distinctionibus super actione de dote inofficiosa data constante matrimonio, vel non data.
- 15 De ratione circumsus inextricabilis, ob quam creditoribus jus competit advocandi ratam inofficio.

D I S C. LXVI.

Martinus Manzius in Urbe negotiator tres habens filios Michaelen, Annam, & Apolloniam, nuptialiter tradidit Annam Alexandro Casanova cum dote scutorum 7500. partim soluta, partim verò debenda; deinde verò, ut mercatorum ac negotiantium esse frequens conditio, paulatim fortuna decreverat æs alienum in summa scut. mille, & ultra ob negotii occurrentias contrahere coactus, moriens tot bona reliquit, quæ ad dictæ dotis residuum, ac æris alieni solutionem non sufficienter, superfluis dictis Michaelæ ac Apollonia inuaputa, inter quos ex una, dictamque Annam forentem ex altera, necnon creditores ad causam admissos, plures exorire fuerunt controversiæ, de quarum progressu, vel exitum incertum, cum in causa non scriperim; solum verò ex parte Apolloniæ, seu Valentini ejus viri, qui in causa propria scribebat, de duobus pro veritate interrogatus fui; primò nempe, an & quæ actio inofficiose dotis adversus dictam Annam competeret; & secundo principiter, an ad id quod dictus frater ac soror inuaputa ab altera sorore nupta vindicarent ratione inofficiositatis, aliquid jus, vel actio creditoribus paternis competere.

Ad primum respondi, planam esse regulam affirmativam, ut filiis adversus inofficiolam dotem, sive extraneæ, sive etiam alteri filiarum datam, actio competat usque ad legitimam ratam, juxta text. express. in l. 1. Cod. de inoff. dotibus cum concord. & tanquam abolutum post antiquiores supponitur apud Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 1. quest. 20. Fontanell. de pat. claus. 5. glof. 8. part. 2. numer. 19. & 20. Penia decis. 495. latè Boss. de dot. cap. 12. per tot. & alii de quibus infra; ea tollim differentia constituta inter dotem, que filiarum constituta & extraneam, quod primo casu non inter præsumptio inofficiositatis consilii, sed solum illa rei, in extraneæ verò talis præsumptio est facilitior, juxta distinctionem, de qua Rota apud Merlin. de pignori. disc. 72. licet distinctio prædicta in donatione frequentius tradita, ratio, vel unquam verificabilis videatur in dote; tum ob pie-

tatem, vel saltem justam causam, quæ in ea ob matrimonii ac Republicæ favorem militans, non de facili verificabilis est ea inofficiositatis consilii, quæ in merè voluntaria, & gratuita donatione erga extraneum considerari potest; tum etiam ob interesse viri foventis causam onerosam, & in quo nisi constet eum esse fraudis ac mali consilii conficium, & participem, diversimodè in jure statuitur, ac in ipsa dotata fovente causam lucrativam etiam quoad ipsius dotantis creditores, ut infra.

Solum apud antiquiores difficultas habita fuit, an quemadmodum hæc actio absque dubio regulariter exercibilis non est in vita ipsius parentis; tum ex eo quod non datur legitima viventis; tum etiam quia omnino incertum est jus filiorum, qui paterni præmori possunt, ac demum quia idem parens eo medio tempore inter donationem, & mortem tot bona acquirere potest, ex quibus posita in calculo æsis dote prædicta, absque ipsis præjudicio filiorum legitima suppleri potest, ex deductis per Fontanell. ubi supra, n. 15. & 40. Cyriac. contr. 510. Franch. dicta dec. 170. Arias de Mela lib. 3. variat. cap. 6. nu. 6. cum aliis per Boss. de dot. c. 14. nu. 24. & infra, disc. 156.

Ita ejusdem actionis exercitium impeditum esse debet constante matrimonio favore, seu pro interesse viri de inofficiofate non consilii, ut potè foventis causam onerosam, & quia sine tanta dote matrimonii oneribus se non possuisset, ut ex dispositione, seu ratione text. in l. finali, §. si à Socero, ff. quæ in fraudem creditorum, firmatur per Afflic. dec. 86. qui sic decisum testator ab eo Sac. Consilio, & sequuntur alii relati per proximè allegatos. Verum hodiè, ista opinioe reprobatæ, passim recepta est contraria, de qua in foro amplius non dubitatur, ut etiam constante matrimonio hæc actio concedatur, atque sibi imputet vir, quare dotantis conditionem non bene prescribitur curaverit, neque ad istum casum cogitaverit, ut per Franch. decis. 104. Ursill. ad Afflic. dicta dec. 86. Barbof. in l. 2. ff. solut. matrim. part. 1. num. 172. Merlin. de legitima dicta quest. 20. num. 11. Cyriac. & Arias de Mela locis citatis, qui utriusque opinionis fundamenta, & rationes examinant, & latius hinc inde disputat Boss. d. cap. 14. ex nu. 28. quam firmat num. 39. & infra, disc. 156.

Quinimò etiam præcedens recepta conclusio, ut hæc actio non sit exercibilis vivente ipso parente, qui dotavit, intelligenda quoque venit, nisi iusta causa urgeat, ob quam iudicis officium ab aliquo ex filiis etiam in vita parentis implorari possit, quia nempe agatur de altera filia effecta nubili, que dote indigeat, neque incertam partem mortem expectare debeat, ne in viduitate senescere cogatur; sive quod etiam in filiis masculis talis causa necessitatis concurret, quod jus habeant contra patrem viventem.

Prout in hac materia dubitari solet (dictaque dubitatio proprie in præsentem solum cadebat) quale tempus ad inofficiositatem regulandam spectari debeat, an scilicet illud constitutæ dotis, vel potius alterum mortis parentis, seu illud in quo etiam in vita hujus actionis exercitium ut supra, conceditur; & in hoc Rota apud Peniam dicta dec. 495. nihil firmare voluit, attendi verò debere tempus donationis, latè probare conatur Fontanell. dicta claus. 5. glof. 8. part. 2. ex nu. 40. sequitur Boss. de dot. cap. 12. num. 16. Contrarium tamen ac meo iudicio melius probat Gomez. ad leg. 29. Tauri, nu. 35. atque hic sensus videtur Merlin. loco citato quest. 21. infine, licet agatur de donatione, ut scilicet tempus mortis, vel exercitii hujusmodi actionis attendi debeat, atque hæc dicti mihi videri omnino probabiliorum, cum ad effectum inofficiositatis res tantum, ipsa res, seu effectus spectetur, non autem consilium, an scilicet dotans iustam necnè habuerit causam constituendi tantam dotem, proindeque Fontanellæ ponderationes considerabiles videntur ad excludendam, vel respectivè includendam fraudem consilii irritantem in totum, qui tamen casus, ut dictum est, raro, vel nunquam datur in dote præsertim filiarum.

Difficultas consistebat in secundo questione continente punctum peregrinum, atque quantum mihi innotesceret adhuc in foro non disputatum; an scilicet moriente patre presso ære alieno post dotis constitutionem contracto, ad id quod filii ex jure legitimæ advocant à dotata ex ista actione inofficiose dotis jus competat creditoribus; & pro creditoribus ponderabam quod illa rata, quæ per actionem de inofficiofio per alios filios jure legitimæ à dotata advocatur potè obinenda de tempore mortis patris, dicatur de ipsis patris substantia, ex qua solum de tempore mortis existente, detracto ære alieno, legitima debeat, & consequenter affecta sit creditoribus, qui sive hypothecariam, sive etiam

personalem actionem habentes, semper vincunt filios agentes de legitima, quae est solum legalis, seu necessaria lucressio de bonis propriis parentis, qualia non dicuntur, quatenus se extendunt debita.

Contrarius vero dixi probabilius, quinimo certum mihi videri, quoniam de inofficiositate dotis conceditur opponi posse solum per filios, non autem per creditores, ut in specie Fontanell. de pat. claus. 5. s. 10. par. 2. n. 27. cum sequi sequitur Boss. diff. c. 14. n. 20. & 31. & propterea ut agitur de creditoribus, qui de tempore constituta dotis extabant; aut de illis, qui postea supervenerunt.

Isti de hac secunda specie abique dubio nullam habent actionem adversus dotem, cui pro dote constituta maxime sequuto effectu matrimonii competit hypotheca legalis, ad text. in l. unica, §. & ut plenius, Cod. de rei uxori. action. §. fuerat instituit. de action. Multo magis si accedat hypotheca expressa, & consequenter vincit creditores posteriores etiam hypothecarios, quamvis isti foveant causam onerosam, illa vero lucrativa, quoniam quicquid anteriores dabitaverint, hodie cessante fraude, vel simulatione, magis communis, & recepta videtur opinio, ut creditores anteriores quamvis ex causa lucrativa habentes hypothecam, vincant posteriores licet hypothecarios, & onerosos, ut praesertim late firmatur in Romana fideicommissi de Incorporatis 7. Julii 1632. coram Albergato decisi. 862. part. 11. recent. & de qua etiam habetur sub tit. de credito. Et hic erit casus controversus, dum debita contracta erant post constitutam dotem cum hypotheca etiam expressa, ac post sequutum matrimonium, a quo tempore indubitatum est hypothecam initium sumere, licet probabilior sit opinio, ut ea incipiat etiam a tempore praecedentis promissionis, ut in Aetina, & in Senen. diff. 78. & 79. & in aliis.

Quovero ad creditores de tempore constituta dotis jam existentem; aut agitur de hypothecariis, aut de solum personalem habentibus; quoad primos; si dos constituta est in speciebus, seu in pecunia, quae identice extet, & casus est planus pro creditoribus per actionem hypothecariam, seu alium remedium ad ipsa bona agentibus; aut agitur de habentibus solum personalem, & tunc licet abique dubio potest foveantur causam lucrativam, & quae de bonis dotantis non de illis creditorum dotanda est; atramen constante matrimonio haec actio non competit contra virum tanquam foveantur causam onerosam, nisi constet dotationem fuisse in fraudem, cuius ipsemet vir fuisset confcius ac particeps, juxta text. express. in finali. §. si a facero, ff. solut. matrim. quia fraudis participatio moralis ac rigorose probanda non est, ut scilicet sub dolosa, & fraudolenta praedicatione id fiat, sed probata dicitur eo ipso, quod vir seit dotationem esse obnoxiam, ac talem, quod tantam dotem abique creditorum praedicio constituit non potest, quoniam ad hunc effectum non requiritur fraus consilii, sed sufficit fraus praedicii resultans re ipsa, ad text. in l. omnes, §. Lucius Titius, ff. de verb. obligat. lex enim respicit potius malum effectum quam malum animum facientis, nam ei cui praediciam inferunt nil refert an actus fiat ex proposito necne, ex deductis per Bargal. de dolo lib. 6. regul. 28. num. 1. cum sequenti, & alios, de quibus in Senogallien. Castrotram sub tit. de feudis disc. 1. & infra, disc. 156. Ideoque cessante bona fide, quae unice impedit favore viri, edictum de iis, quae in fraudem, &c. non attenditur an fraus sit re & consilio, vel re tantum; unde dicebam, quod si quoad virum melior est conditio dotis quam creditorum, qui de tempore constituta dotis extabant, multo magis quoad eos, qui postea supervenerunt.

Et quod melior esset conditio filiorum agentium de inofficiosa dote, quam creditorum dotantis, ex eo probari observabam, quod contra virum fraudis non participem constante matrimonio creditoribus actio non datur ut supra, & tamen illa datur filiis ad dotem inofficiosam juxta magis communem, & receptam opinionem reprobatam decisi. 86. Afflicti ex superius insinuat; & quamvis hoc argumentum aliquorum ex nostris ingenia torserit, discurrerunt proinde quod, vel dicta conclusio recipienda non sit, sed potius dicta decisi. Afflicti; vel quod dispositio text. dicto, §. si a facero omnino irrationabilis remaneat, quasi quod durum ac inhumanum videatur concedere filiis contententibus de causa lucrativa, id quod negatur creditoribus foveantibus causam onerosam, unde propterea ad hujusmodi absurdum vitandum plures distinctiones adhibere curantur,

Atamen indistincte utramque conclusionem recipendam dicebam, atque distinctionem inter bona extantia, vel non extantia solum procedere respectu creditorum anteriorum habentium hypothecam, quibus etiam constante matrimonio datur jus agendi ad bona sibi hypothecata; de reliquo enim fatua videtur distinctio inter pecuniam extantem, seu bona facta consumptam, quia dos, quae per virum restitui promissa est, semper extare dicitur, ut nominatim istam distinctionem reprobandam observant Barbof. ubi supra n. 174. in fin. Molpeth. ad consuetud. par. 4. qu. 26. n. 14. & sequ. Merlin. de legitima lib. 2. tit. 1. qu. 20. num. 16. Boss. ubi supra n. 41. dum etiam ad bona extantia, & in specie consensu, creditoribus in sola personali jus non datur adversus eos; in quos illa distracta sunt in oneroso, cessante recipiendi mala fide, ob quam solum intrat edictum de iis, quae in fraudem, &c. & haec est ratio, in qua fundatur dispositio text. in d. §. si a facero.

Abiurdum autem facienda meliorem conditionem filiorum contententium de legitima, vel dote titulo lucrativo, quam creditorum foveantur causam onerosam, non videtur in proposito considerabile, quoniam, ut dictum est, dispositio text. in d. §. si a facero, nihil continet specialitatis, nam etiam contra quemcumque tertium, cui bona debitoris alienata, vel hypothecata sunt, cessante fraude non datur actio creditoribus chirographariis, quamvis jam existentibus, unde propterea deterior esse non debet conditio viri, cui cessante probabili scientia debitorum dotantis, ita ut ejus allegata ignorantia crassa potius, vel supina dicenda esset, imputandum non est, cur non perquisierit dotantis creditores, quos cogitare potuit non adesse, vel quatenus suspicatus esset, sciebat legis praesidio tutus esse, quae ratio non urget quoad dotantis filios, vel filios verisimiliter cognitas, & advertitur etiam disc. 166.

Alia etiam distictentia ratione ponderata, quod filii, qui dotem, legi legitimam per hujusmodi actionem de inofficiosa obtinent a dotata, ubi praesertim esset foror, ut in hac facti specie, obtinere dicuntur, non a dote de illius bonis, sed potius ab ipsa dotata tanquam divite, quae forores, vel fratres pauperes, seu ab extranea ab actorem parente beneficiata, quae eos dotare, vel respectively libenter tenetur de alimentis, quorum loco dos, vel legitimitas datur.

Ponderabam demum adversus creditores rationem circumcinctam, quoniam si creditoribus competeret actio ad bona per filios per actionem de inofficiosa avocata, tunc eo ipso, quod sunt in manibus creditorum, tanquam bona debitoris affecta remanerent hypothecae dotali anteriori, cuius ratione pulsari possent per dotantem, quae postquam denuo ita haec bona obtinisset pulsari possent per filios cum hac actione, & sic successivum cum circuitu perpetuo inutili, & hanc dixi mihi videri veritatem, ponderando etiam axiomam, ut quod unus non nocet, & alteri prodest, & e contra, &c.

illam praesertim, ut opinio favore viri juxta decisionem Afflicti recipienda sit, ubi dos consistit in pecunia bona facta consumpta, opinio, autem Franch. ac aliorum sequenda, ubi consistit in specie, vel quantitate adhuc inexacta, ex deductis per Barbof. in l. 2. ff. solut. matrim. par. 1. num. 172. & sequenti. ac nimis secundo verborum apparatus per Fontanell. de pat. claus. 5. s. 10. par. 6. num. 3. cum sequenti. & part. 7. num. 73. & ceteris relatis Boss. d. cap. 14. num. 40. cum sequenti.

Atamen indistincte utramque conclusionem recipendam dicebam, atque distinctionem inter bona extantia, vel non extantia solum procedere respectu creditorum anteriorum habentium hypothecam, quibus etiam constante matrimonio datur jus agendi ad bona sibi hypothecata; de reliquo enim fatua videtur distinctio inter pecuniam extantem, seu bona facta consumptam, quia dos, quae per virum restitui promissa est, semper extare dicitur, ut nominatim istam distinctionem reprobandam observant Barbof. ubi supra n. 174. in fin. Molpeth. ad consuetud. par. 4. qu. 26. n. 14. & sequ. Merlin. de legitima lib. 2. tit. 1. qu. 20. num. 16. Boss. ubi supra n. 41. dum etiam ad bona extantia, & in specie consensu, creditoribus in sola personali jus non datur adversus eos; in quos illa distracta sunt in oneroso, cessante recipiendi mala fide, ob quam solum intrat edictum de iis, quae in fraudem, &c. & haec est ratio, in qua fundatur dispositio text. in d. §. si a facero.

Abiurdum autem facienda meliorem conditionem filiorum contententium de legitima, vel dote titulo lucrativo, quam creditorum foveantur causam onerosam, non videtur in proposito considerabile, quoniam, ut dictum est, dispositio text. in d. §. si a facero, nihil continet specialitatis, nam etiam contra quemcumque tertium, cui bona debitoris alienata, vel hypothecata sunt, cessante fraude non datur actio creditoribus chirographariis, quamvis jam existentibus, unde propterea deterior esse non debet conditio viri, cui cessante probabili scientia debitorum dotantis, ita ut ejus allegata ignorantia crassa potius, vel supina dicenda esset, imputandum non est, cur non perquisierit dotantis creditores, quos cogitare potuit non adesse, vel quatenus suspicatus esset, sciebat legis praesidio tutus esse, quae ratio non urget quoad dotantis filios, vel filios verisimiliter cognitas, & advertitur etiam disc. 166.

Alia etiam distictentia ratione ponderata, quod filii, qui dotem, legi legitimam per hujusmodi actionem de inofficiosa obtinent a dotata, ubi praesertim esset foror, ut in hac facti specie, obtinere dicuntur, non a dote de illius bonis, sed potius ab ipsa dotata tanquam divite, quae forores, vel fratres pauperes, seu ab extranea ab actorem parente beneficiata, quae eos dotare, vel respectively libenter tenetur de alimentis, quorum loco dos, vel legitimitas datur.

Ponderabam demum adversus creditores rationem circumcinctam, quoniam si creditoribus competeret actio ad bona per filios per actionem de inofficiosa avocata, tunc eo ipso, quod sunt in manibus creditorum, tanquam bona debitoris affecta remanerent hypothecae dotali anteriori, cuius ratione pulsari possent per dotantem, quae postquam denuo ita haec bona obtinisset pulsari possent per filios cum hac actione, & sic successivum cum circuitu perpetuo inutili, & hanc dixi mihi videri veritatem, ponderando etiam axiomam, ut quod unus non nocet, & alteri prodest, & e contra, &c.

BARCHINONEN. PRO FRANCISCO FRIGOLO, CUM HAEREDIBUS HIERONYMI DE TORRES.

Causa disputata in Senatu Cataloniae, & resoluta pro Francisco.

De praesumpta solutione dotis resultante a lapsu temporis, aliisque praesumptionibus, & administriculis.

SUMMARIUM.

- 1. De materia praesumptae solutionis ex administriculis tam in debitis dotalibus, quam aliis.
- 2. De ratione specialiter cur in debitis dotalibus ista questio nes sit frequentior.
- 3. Intrae facultas praesumptio in accencio, seu corredo.
- 4. Facti series in casu controverso.

- 5 An viro mandante totam dotem uxori restitui, liberetur dotantes rem istos.
- 6 De administriculis ex quibus resultat praesumpta solutio.
- 7 Decisio casus.
- 8 Quomodo administricula sint ponderanda.

DISC. LXVII.

Requentius in his dotalibus, quam in aliis indifferendis debitis hujusmodi quaestiones praesumptae solutionibus cadere solent, atque dotium debitoribus magis necessitas incumbit ad hanc praesumptivam probationis specie recurrere facilius intrantem, ut patet ex deductis per Mascard. de probat. concl. 1318. Menoch. lib. 4. praesumpt. 135. Suid. decisi. 105. Boss. de dor. cap. 10. & sapissime ego disputavi, praesertim in Rota in Lavellen. de qua disc. sequent. in qua prodiit decisio coram Corrado impressi. dec. 86. part. 11. recent. n. 7. cum seq. repetita post contrav. Controll. decisi. 94. numer. 5. & in una Meleoviana pro illis de Casar coram Albergato, in una Bivintina pro Capitulo illius Cathedralis coram Emerix, & in aliis, non quod in hac materia aliquid speciale statutum sit, cum in ea etiam procedatur cum terminis generalibus textus in l. procula, ff. de probat. de quibus ultra supra allegatos Afflicti, celebr. dec. 13. Merlin. decisi. 124. repetit. post Fenzone. ad Statum Urbis decisi. 125. Cayc. Lat. consult. 46. & alibi frequenter; sed quia cum ut plurimum debitor, & creditor sint sanguine conjuncti, inter quos benevole ac de bono, & equo procedit solet, puta Inter generum, & locerum, five inter forosios, quos vulgo cognatos dicimus, non solum debitoribus esse adeo solliciti in reportando apochas desolent, seu quietantias, quemadmodum Inter extraneos frequentius praecitari solet, ac etiam quia ut plurimum hujusmodi praesentiones excitantur per conjugum filios, vel haeredes chartas veteres revolventes, mortuis informati, ut praesertim contingit in dicta Bivintina. In qua post annos 70. & ultra contra dictum Capitulum habens causam ab haerede haereditis, mortuis conjugibus, unus ex filiis, vel nepotibus praesentionem non solum residui dotis excitavit, & quod magis, ibi agebatur de quodam residuo consueti juxta morem in pannis lineis alii quae supellectilibus, & jocalibus, quae sub nomine, seu vocabulo accencio, vel corredo, seu corredo nuncupamus, contra omnem verisimilitudinem, cum puelle eo ipso quod nubile aetate approximant, earumque matres ad hoc principaliter cogitare solent, atque in hac dotis specie magis quam in fundis ac redditibus cum mulieribus simpliciter fundamentum constituunt, unde ut plurimum hujusmodi bonorum specie mulieres a paterna domo ad virum transeuntes secum ducere solent, ac penes se conservare, ad id principaliter reflectentes, quam ad reliquam dotem viri solvendam.

Prae caeteris autem pro D. Francisco Frigolo Nobili Barchinonensi suavisimo Curiali scripti super controversia in illius Civitatis Senatu disputata; contracto siquidem matrimonio de anno 1595. inter Hieronymum de Torres ac Hieronymam filiam Antonii Frigolo cum dote librarum 4. mil. pro quarum residuali summa librarum 1200. non solum Antonius pater, & Castellana mater constituerunt ad favorem viri annum redditum lib. 60. dissolutoque matrimonio de anno 1632. per obitum viri, hic in testamento agnovit se debitorem integre dotis, quam haereditibus mandavit persolvi mulieri, cui etiam aliud legatum fecit, unde inter haeredes, & mulierem praedictam in executionem dictae dispositionis ad quamdam conventionem devenitum est, praesertim vero, ut annuus redditus librarum 50. una cum sorte principalis lib. 1000. esset ad liberam dispositionem dictae Hieronymae, eaque non disponente, transmittetur ad ejus haeredes, cumque ipsa moriens de anno 1636. hunc redditum reliquisset Francisco fratri, hic per biennium, & ultra fructus ad dictos haereditibus exegit; impedita vero deinde fuit ulterior exactio plurium annorum spatio propter bellam, & varios ipsius Principatus motus, quibus demum sedatis, Franciscus in eo Cataloniae Senatu haeredit praedictos, seu eis defuncti successores pro dicta sorte, & fructibus interim defuncti pulsavit, ipsi vero rei conventi opposuerunt adversus eundem utriusque parentis, & dotantis haereditem de compensatione cum dicto residuali debito dotis librarum 1200. in sorte una cum fructibus, seu usuris dotalibus constante matrimonio decursis, atque super hujusmodi compensatione de anno 1663. sententiam favorabilem reportantur, non obstantem quod vir moriens in testamento se agnovit debitorem ipsius, quam uxori

restitui mandavit, quoniam stant simul, vitum ob benevolentiam erga uxorem, vel agnoscendo ejus obligationem resultantem a dispositione text. in l. si extraneus, ff. de iud. ob negligentiam exigendi a dotantibus, vel eorum haereditibus, se agnoscere integre dotis debitorem, eamque uxori restituere, & tamen sibi remanere integram actionem pro residuo non solum adversus dotantem, juxta causam praesertim, de quo infra in Romana dotis. seu residui discurs. 70. & in decisione Rota in ea causa edita coram Peutingerio.

In gradu igitur revisionis dictae sententiae, ex parte dicti Francisci ad scribendum requisitus, agnita dicta difficultate, ob quam in sola dispositione testamentaria praedicta periculosum erat omnimodum fundamentum constituere, ut per eundem Francisci defensores in partibus constituti supponebatur, magis tutum ac opportunum censui fundamentum constituere in praedicti Frigoli praesumpta solutio deducta ex pluribus praesumptionibus, & administriculis, ideoque constituta supra dicta theorica ex praemissis ac aliis autoritatibus pleniori calamo in causis extra Curiam, genio tamen nimis repugnante, more transcriptoris colligi solitis, dicebam, etiam cum sensu veritatis, ex facti circumstantiis non singulariter, sed unicum considerandis cum solita vulgari regula, in singula quae non profunt, &c. sufficere ac ad exuberantiam de hujusmodi solutione consistere.

Primo scilicet longevum silentium annorum 37. secundum mors viri nulla mentione facta hujus crediti residualis tertio eundem viri diligentia in aliis negotiis; quarto idoneitas dotantium; quinto istorum subsequuta mos cum dicti viri superventia ad notabile tempus; sexto fortiter dicta recognitio acta in testamento, dum non solum dicitur, quod integra dos mulieri persolveretur, sed illa enunciatur habita, & recepta, cuius contrarium est in dicto disc. 70. ubi licet vir mandasset dotem integram mulieri persolvi, allerit tamen in eodem testamento summam non solum; septimo etiam tortiter, quod sequuta morte viri, occasione praesertim legati, discordiae inter mulierem, & haereditate exorta fuerunt etiam cum hic formaliter transactione facta, unde probabile est, quod ex tunc primi haereditis melius informati, de hoc opposuissent, se exigere hoc residuum curassent; & octavo, quod probatur in facto virum tenere libros ac memorias cum exigentibus, & nominibus debitorum ibi adnotatis, quos libros dicti haereditibus exhibere renuebant; quibus omnibus simul junctis, veritas videbatur palpabili manibus, qualem quoque Senatus praedictus agnovit, infirmando dictam sententiam, atque condemnando eos conventos ad solutionem petiti debiti; omnia vero praedicta administricula ponderata habentur in superius allegatis autoritatibus, & decisionibus; super singulis autem virtutum fundamentum constitui non potest, cum totum consistat in eorum unione, atque in dicta regula, in singula quae non profunt, &c. quae neque circa numerum, seu concursum semper est uniformis, cum in uno casu aliqua sufficiant, in altero vero eadem ac majora non, ita exigentibus unius, vel alterius circumstantiis, juxta regularem naturam quaestionum facti potius quam juris.

ANNOTAT. AD DISC. LXVII. & LXVIII.

De praesumpta solutione agitur in his discursibus, ac etiam infra, disc. 115. & generaliter de hac materia praesumptae solutionis sub tit. de credito, disc. 132. & in aliis eod. tit. ac etiam infra in hoc tit. disc. 176. agitur de praesumpta solutione menstruae, vel annuae praestationis assignatae mulieri.

LAVELLEN. PRO SCIPIONE RICCIARDO, CUM PETRONIS vulgo PATROGNIS.

Causa decisa per Rotam pro utraque parte respectively, postea concordatus.

De probatione solutionis dotis ad effectum, ut contra virum competat actio ad restitutionem. Quando casualis preceptio rei dotalis cedat damno viri, vel uxoris, & aliqua de lucro dotis conventionali, & de interesse damni emergentis.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series cum decisione casus.
- 2 Lucrum dotis conventionale debetur.
- 3 De expensis funerum, & ultima infirmitatis ex dote deducendis.
- 4 Ubi res data est in dotem cum vera estimatione, eius periculum cedit damnatois.
- 5 De praesumpta solutione dotis.
- 6 De materia interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, quando debeatur.

D I S C. LXVIII.

Secundas nuptias contraxit Tisbia vidua cum Scipione, cui ultra pleraque bona in apoca dotali descripta, promissa in dotem certam quantitate, cum pacto lucri ad favorem conjugis superstitis, hoc est patrem in una domo, & reliquum ad dictis de Patrognis ejus filii primi viri haeredibus consequendum; ex quibus certam ratam tunc cum subsequuta quietantia habuit; soluto autem anno 1631. matrimonio, quod spatio annorum 14. duraverat, per obitum Tisbiae nullis ex ea superstitibus filiis, idcirco filii primi matrimonii ejus haeredes post consimile intervalum, de anno scilicet 1546. Scipionem pulsant coram Ordinario, a quo sententiam reportant condemnatoriam ad satis notabilem summam pro forte principali, ac etiam pro interesse ad rationem duc. septem pro centenario; ex quibus dictum fuit bonificandam esse quandam partem pro expensis funerum, ac ultime infirmitatis, a quo sententia interposita appellata ad A. C. hic eam reformavit, illam reducendo ad solam fortem principalem, ex qua dictum fuit deducendam esse dictam ratam pro expensis funerum, & ultime infirmitatis tantum neglecto lucro; cumque ab hac etiam sententia per utramque partem denud appellatum fuisset, commissa causa in Rota coram Corrado sub die 26. Novembris 1650. prodidit resolutione, per quam Scipio declaratus fuit obligatus ad restitutionem fortis principalis ad formam apocae dotalis, ex quibus eidem bonificandae essent quaedam summae pro lucro conventionali, & pro expensis praedictis, declarandum eundem ad nihil teneri ratione usufructu, seu usufructuorum, cum soluto matrimonio possim per mortem mulieris non dicatur amplius dos, pro qua deberi possunt usure dotalis, ad formam text. in cap. subriter de usuris, sed remaneat simplex creditum pecuniarum de sui natura sterile, nisi justificatioe requisita lucri cessantis, vel damni emergentis, sine quibus juxta opinionem in Curia Romana inconculsum, unum, vel alterum interesse praetendi non potest; idcirco firmatum fuit coram Peusingerio subrogato in locum Corradi interim ad Cardinalis apicem evecti sub die 26. Maji 1653. deindeque, me procurante, dum agebatur inter vitricum, & privignos, honesta concordia hujusmodi controversiam terminavit.

Resolutio mihi pro Scipione scribenti, ad veritatem reflectendo, iustam omnibus visa est, licet quoad caput interesse damni emergentis, quamvis ad favorem proprii clientis, nimis rigorosa; quatenus enim pertinet ad lucrum, stante conventionem expressa, nulla cadebat difficultas, cum jure prohibita non sit hujusmodi conventio praesertim reciproca, ad tex. in l. unica, §. illo procul. C. de rei uxoris actionibus, ubi glof. verbo actionibus, Roland. de lucro, qu. 39. n. 12. cum sequenti. Boer. decis. 248. num. 1. & per tot. Rota apud Peniam decis. 277. iuxta Venetam alius 359. iuxta Lugdunen. Unde mirabar iudicem secunde instantiae doctum, & integrum illud non admisisse, nisi dicendum esset, ut est probabile, id egisse bono animo, ut ita temperando actorum damnum super amissione scutorum 1000. & ultra, quae ratione interesse eis deferrebat sententia primae instantiae, induceret partes ad acquiescendum.

Circa expensas funerum, & medicinarum ultime infirmitatis, quamvis illae longe majores ex parte viri justificarentur, nihilominus processum fuit cum quadam epicheja fundata, tum in dicto actorum damno circa interesse, tum etiam quia habita ratione dotis, expense funerum videbantur excessivae, quamvis inspecta conditione personarum, ac divitis, quas Scipio durante hoc matrimonio quaesierat, essent congruae, ita ut viderentur in ipsius viri potius quam defunctae gratiam ac honorificentiam facere; licet enim de jure certum sit hujusmodi expensas ad mulieris haeredes spectare, atque factas per virum ex dote per eam restituenda deduci debere, ex deductis per Boer. d. decis. 248. Gregor. decis. 573. & in prima decisione coram

Corrado impress. decis. 86. par. 11. recent. repetit. dec. 94. post contrav. Contrit, nihilominus id recipiendum est in illis expensis, quae ipsius mulieris conditione inspecta sunt necessariae, juxta tamen necessitatem congruentiam deductam a loci consuetudine, secus autem si vir ad ejus potius honorificentiam, ac decorem majores ac sumptuosas expensas faciat, quoniam illae sive potius in hac parte excedente quam mulieris dicuntur, necnon per Rotam habita viri ratio, quod etiam ipse vir, qui aliquam partem dotis lucrabatur, contribuere dicebat, ut per Boer. d. decis. 248. n. 9. Gregor. d. dec. 573. pariter n. 9. Roland. de lucro 9. 90. cum aliis in dicta prima decisione coram Corrado.

Quovero ad condemnationem ad restituendum integrum illam dotis partem, quae in quantitate constituta erat, conquirebatur Scipio in primis de rata assignata in una domo, quae constanter matrimonio ex casu sortuito, & abique aliquo ipsius culpa incendium passa fuerat, quasi quod casus damno mulieris cedere deberet; sed injusta erat ejus praesentio, quoniam inspecto tenore apocae dotalis, constabat dotem incipere a quantitate, pro cujus solutione in parte dotis praedicta assignata fuerat, unde propterea dicebatur data estimata vera estimatione, qua concurrente, cum omnimodum dominium in ipsum virum tanquam tertium ac extraneum emptorem transferatur, de plano restituitur esse periculum, quod dominii sequela dicitur, cum ejus etiam esset augmentum, ad tex. in l. cum dotem, C. de iur. dotium, l. unica, §. eumque, C. de rei uxoris actionibus. Afflic. dec. 279. n. 4. Barbol. in l. estimatis n. 4. & sequ. solut. matrim. Seraph. dec. 1480. Burat. dec. 41. uterq. n. 1.

Et quamvis tanquam Advocatus insisterem non omnino clare constare de vera estimatione, dum verba dicti poterant ita ut ageretur de vera estimatione, dum verba dicti poterant aequivoce, atque idem loqueretur sublequendo observantia, dum eadem domus per eandem verba primo viri data fuerat, & tamen rehabita tanquam species, nulla ratione habita de incremento, vel decremento, ita ut inspecto solo tenore apocae dotalis in puncto juris non improbabilliter id esset sustentabile, nihilominus in hac parte omnem substantialem questionem aliquorum testium depositio centium talem fuisse, tractatum ac partium voluntatem.

Conquirebatur etiam vir quod de reliquis solutione nulla daretur probatio, dum Rota se fundavit in probatione praesumptiva, & conjecturali; sed pariter minus justa videbatur ejus coniectio, quoniam de jure receptum est quantumcumque solutionem per conjecturas, & praesumptiones probari posse, in l. procul, ff. de probat. ex deductis per Surd. decis. 105. Merlin. decis. 124. & in specialibus terminis dotis, quinimo quod in ea facillius haec probatio admittitur, ac leviores sufficiunt praesumptiones, ex Castrensi. conf. 92. lib. 3. Penia dicta decis. 277. numer. 1. & ultimo iuxta Venetam alius 359. iuxta Lugdunen. dec. 63. num. 3. post Merlin. de signor. & in aliis; conjecturae autem plures in proposita facti specie conquirebantur in dicta prima decisione ponderatae, illa praesertim satis efficax, quod haeredes primi viri dictae summae debitores, erant idonei, ac prompti, & facillime exactionis, Scipio vero inspecto eo tempore potius pauper, nimis tamen indistritus, ita ut exinde patrie ditior effectus fuerit, ideoque omnino improbabile, quod spatio annorum circiter 15, quibus matrimonium duravit, dotis exactionem negligere voluerit, accedente etiam aliquorum testium depositione, ac aliquibus pecuniarum traditionibus in genere, non expressa quantitate.

Licet enim ego tanquam Advocatus dicerem praedictorum testium dicta utpote percutientia tempus ante quietantiam scutorum 300. ad hanc summam referri posse, quodque in contrarium urgeret dicta observantia, quod scilicet quemadmodum de dicta summa quietantiam reportare curant, ita etiam de ista fecissent, nihilominus omnes conjecturae, & circumstantiae insimul ponderatae cum regula, ut singularis, quae non profana, &c. magnam habebat veritatis imaginem, atque mereri videbantur iudicis arbitrium, in quo materia conjecturalis, seu praesumptiva reposita est, ut habetur supra, in Barcinonen. disc. praec. & in aliis.

Reconverso satis conquirebantur actores de reformatione sententiae Ordinarii super interesse de die morae, & conquirendi occasio potissime resoluta ab auctoritate in ipsius stylo Tribunalium secularium Regni Neapolitani, ubi conceditur passim condemnatio ad interesse ratione lucri cessantis, abique eo quod probentur requisita posita per Paul. de Cast. in l. 3. ff. de eo quod certo loco, dum in regione praesupponuntur notaria; ex iis quo saepius habentur

tur in sua materia subrit. de usur. Verum in hoc non bene dicebant, quoniam dum causa agebatur in foro Ecclesiastico, in ista praesertim materia usuraria, sequenda erat opinio Rotae, & Curiae Romanae, & in hac parte credo, quod bene iudicatum fuerit.

Quia vero iidem actores constanter dicto matrimonio pro eorum occurrentibus habuerant ad eodem Scipione scutorum 300. ad centum sub fructu rigoroso in regione consueto scutorum 10. pro centenario, nimis asperum mihi visum fuit, aliquam rationem de hoc interesse damni emergentis non haberi; licet enim Rota sequatur decisionem Mored. secundam de usuris, ut pro interesse damni emergentis justificari illud a creditore passum esse, ut voluerunt Ruin. & ceteri, quorum opinionem in puncto juris probabiliorum, late, & bene probat Leotard. de usuris, quast. 75. sed justificari oportet moram fuisse causam proximam, & immediatam damni, quia nempe creditor declaraverit velle illam pecuniam in extinctionem illius debiti fructiferi erogare, dum poterat in alios usus convertere, ut apud Coccin. decis. 398. decis. 325. post secundam volum. conf. Farinac. decis. 304. numer. 28. & fin. par. 9. recent. ut saepius in sua materia sub dicto tit. de usuris, & interesse. Nihilominus haec est simplex praesumptio, quae ex eisdem Rote sensu cessat, nisi etiam abique explicita declaratione aliae concurrunt circumstantiae erogationem talis pecuniae in dictum usum fuadentes, ut sub eodem tit. de usuris, & interesse, deductum habetur in Aetna Confusio de sensu. 14. in Turinens. disc. 32. & in aliis frequentibus; haec autem verisimilitudo magna concurbat in hac facti specie, ex ea praesertim circumstantia, quod non agebatur de damno passo cum tertio, sed cum ipsemet debitor, unde satis dicitur, ac humanae rationi contrarium videbatur, ut idem pecuniam otiosam tantum retinere deberet, praesertim cum erat indistritus, eam in arca demortuum non rediens, & quod e converso ex sua pecunia ab eodem creditore, erga quem morosus erat, fructum rigorosum exigeret, ideoque omnino probabilius mihi videbatur locum esse, vel dicto interesse damni emergentis, vel compensationis, seu occultae solutionis ab initio pro hac rata; licet enim in stricta viri censura vera sit conclusio in decisione praesertim coram Peusing. plenius deducta, quod debitor non declarante, locus non est compensationis inter creditum pure pecuniarium, & fortem principalem census, cum hoc quoque creditorem demortua dicitur, atque ab invito debitoris repeti non possit; nihilominus ubi ejusdem debitoris conditio aliqua circumstantia hujusmodi voluntatem probabiliter suadent, ut in hac facti specie, tunc indistretus rigor videtur in hujusmodi conclusione ita mordicus insistere, atque attendere legem ad litteram, quod semper damnabile censui, quia cum ratio sit anima legis, ista discretet atque ad rationis normam intelligenda est, praesertim ubi non agitur de resistitativa positiva legis clare & expressae, sed de aliqua recepta opinione in praesumptionibus, & argumentis potius fundata, unde eidem Scipioni consului, quod hunc rigorem temperando fructus dicti census, vel in toto, vel in parte remitteret, ut sequutum fuit per concordiam, quae licet terminavit, me cooperante.

FULGINATEN. ARREDI,
PRO FRATRIBUS DE GREGORIS
CUM CLEMENTINA BERNABO.

Casus disputatus coram A. C. incertus est exitus.

De praesumpta solutione dotis, & de dote incerta remissa in voluntatem, ac arbitrium dotantis, vel alterius, an valeat, & obliget.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 De praesumpta solutione dotis praesertim accensio.
- 3 Quod in his materiis deserendum sit etiam restibus impositis, & parentibus exceptiones.
- 4 Quando dotis promissa vaga, & incerta subsistatur; distinguuntur plures casus.
- 5 In patre, vel alio obligato dotare promisso subsistatur, & de effectibus a promissione resultantibus.
- 6 Quid in extraneo non obligato dotare.
- 7 In ultimis voluntatibus dispositio incerta dotis favore subsistatur.

Card. de Luca, Lib. VI.

- 8 Quid de promissione vaga facta per ipsammet mulierem.
- 9 Dos collata in arbitrium dotantis valet, quia inrat arbitrium iudicis.
- 10 Quid ubi dictum est arbitrium esse omnino liberum.
- 11 Mulier nupta viro, qui contentus fuit eam indotatam accipere, an hoc non obstante peat dotem.
- 12 Quid ubi in arbitrium collata non est tota, sed aliquod ejus augmentum.

D I S C. LXIX.

Clementinae filiae nuptae Leonello Bernabò, Petrus de Gregoriis pariter de anno 1633. constituit dotem scuto 4200. sub diversis modis, & terminis solvendam, adjecta etiam promissione capfarum arredi cum omnibus illis lineis, & aliis mobilibus, quae videbantur, & placebant Tranquilla uxori dotantis, ac respectu matri dotatae; quo matrimonio sequebatur, tractaque temporis dissoluto non tempe mulieris superflue unica filia pariter Clementina nuncupata, ista haeres etiam Leonelli patris postea quoque defuncti de anno 1653. contra filios, & haeredes dicti Petri dotantis iudicium coram A. C. instituit, renovatum de anno 1662. quando assumpta disputatione, cum hac tota consisteret in reorum conventorum exceptione, dum actrix clare fundatam habebat intentionem in instrumeto dotali, idcirco pro reis conventis scribens, deficienti probatione vere solutionis, cuius notitia praeterquam ex attestacione iudicium famulae ob utriusque parentis mortem haberi non poterat; dicebam etiam cum sensu veritatis, omnino admittendam esse solutionem praesumptam deductam ex pluribus praesumptionibus, & administracione, de quibus in Barcinonen. disc. 62. ac etiam in Lovellens. disc. praecedenti, quod scilicet ob lapsum temporis, & supportacionem onerum concurrentem idoneitas debitoris facilis ac promptae solutionis, & diligentiae creditoris; sed super omnia planius, & quod pro meo iudicio veritatem evidenter convincebat, erat subjecta materia, seu qualitas bonorum, cum non ageretur de pecunia sub certis terminis solvenda, & quae ob casuum contingentiam non de facili prompta haberetur, unde saepius per debitorum ad plures annos differret, sed de lineis, ac aliis pro maiori parte iocabilibus, & ornamentis mulieribus, quae juxta communem consuetudinem semper dantur brevi manu ipsius puellis per matrem, dum vadunt ad virum, & in qua honorum specie magis quam in restanti dote mulieris insunt, dum ipsamet Sponsa pro maiori parte dum sunt puella virum sperantes, una cum matris sibi praeparatae solent, quae consuetudo dandi haec bona sub nomine accensio in Urbe, ac arredi, seu corredi alibi nuncupata considerata fuit in Romanae fideicommissi de Aluis 2. Junii 1650. coram Melio dec. 41. num. 9. & 10. par. 11. recent. & advertitur in Bivintinae synodica in Barcinonen. disc. 62.

His accedebant duae aliae circumstantiae hanc praesumptionem fortissimè corroborantes, una nempe, quod idem dotans nupti etiam tradidit Placidiam ex fratre neptem, cui justificabatur propterea dedisse hoc arredum eodem tempore, quod ad virum vivebat, unde longè probabilius est idem factum esse cum propria filia, dum praesertim vivebat mater; & altera, quod quadam antiqua famula deponere de visu, quod in ipso dextera à paterna domo, istam secum tulisset quamplura bona hujusmodi, illa etiam specificando; licet enim esset unica, & vilis, ei tamen omnino deferendum esse dicebam, tum ratione subjectae materiae, cum hujusmodi bonorum traditiones non nisi intra domesticos parietes inter sanguine conjunctos fieri soleant, ideo testes etiam consanguinei, vel alia exceptione elidibiles admittuntur, ut bene in terminis Guttier. alleg. 11. num. 8. & 9. tum etiam quia licet unus testis ex tot aliis praesumptionibus, & administracione ad conclusionem probationem sufficit, vel ipse saltem facit administracionem cum tot aliis uniuersum, & ex qua unione ex regula, ut singularis quae non praesumit, &c. mihi videbatur hanc veritatem reddi palpabilem; & quia verò dum hac dicebantur, res non erat integra, ob quam sequutum mandati exequuivum decerum, atque iudex non erat facilis retractationis, puto quod reos conventos oportuerit acceptare concordiam, per quam controversia finem haberet, dum amplius de causa actum non audivi.

Dum autem antequam ad hanc defensionem assumptus essem, in disputationibus habitis, ut frequens est stylus inter solos causas Patronos, excitatum etiam esset motus

vim incompetentia actionis ad hujusmodi dotis partem, ex quo illa non pure, & simpliciter promissa erat, sed ad voluntatem Tranquillae uxoris, seu matris respectivè, atque ingeniosus iudex facilis ad assumendas juris quaestiones, ad hunc punctum principaliter discutendum retransisset, quamvis pro meo iudicio crederem esse inanem laborem, atque veritatem in praemio alio fundamento praesumptae solutionis consistere, attamen ut parti ad iudicium satisfacerem, assumpta desuper disputatione, dicebam distinguendam esse inspectionem promissionis vagae, seu incertae ab altera promissionis collatae in alterius arbitrium, seu voluntatem.

Primo enim casu, quicquid disputativè scribentes dixerint, resolutivè iuxta stylum foro accommodatum, insinuabam tres casus distinguendos esse, primò nempe in promissione facta per patrem, vel alium de jure ad dotandum obligatum, secundò in promissione facta per extraneum, cui nulla dotandi obligatio incumbere, & tertio in promissione facta per eandem matrem.

Quoad primum receptum est, hujusmodi promissionem quamvis vagam, & incertam dotis favore sublineri, quia cum promittens esset de jure obligatus dotare, idcirco promissio ad iuris formam censetur dedote congrua per iudicem declaranda, ad text. in l. cum post, §. gener. ff. de iure dotium, & simant communiter scribentes, de quibus Barbof. in l. 1. ff. solut. matrim. part. 3. numer. 45. & seq. Leotar. de usuris quasi. 28. numer. 25. & numer. 27. Mantice de rati. lib. 12. tit. 12. Bottiglier. de success. theorem. 29. numer. 10. & sequenti. & infra, disc. 151. Sufficit enim ita virum declarasse, quod noluerit uxorem indotatam ducere, ut propterea interret obligatio legalis.

Neque hac stante dici potest talem promissionem inanem remanere, cum ad plures effectus operativa sit. Primò nempe ob viri declarationem, ut supra, & ne dotare obligatus ex hujusmodi praetextu exerceatur; Secundò ob iudicium executivum, vel alia remedia resultantia ex promissione forsitan de jure non competentia, & tertio, quia sic dotans redditur omnino inexcusabilis à cursu fructuum, seu usurarum dotalium, à quibus donec dos peteretur, probabiliter praetendere posset se exculatum, ex his, quae habentur in Romana dotis disc. 1. & seq. Et licet DD. pro majori parte istum casum exemplificent in patre, nihilominus hactenus dicitur demonstrativè tanquam ille, cujus frequentior est causa, seu obligatio dotandi, ideoque procedi in omnibus de jure obligatis, ut pro absoluto supponit Mantice, loc. cit. numer. 15. vers. secundo extenditur, & de fratre agit Bottiglier. l. c.

In secundo autem casu promissionis factae per extraneum, non levis contentio est inter DD. ut liquet ex deductis per Barbof. dicta part. 3. legis prima numer. 50. qui veritorem putat opinionem volentium promissionem esse inutilem, per text. in l. 1. Codic. de dotis promissione, & huic adherere videtur doctus modernus Leotar. dicta quasi. 28. Contrariam tamen veritorem credit Mantice de rati. dicto lib. 12. numer. 15. & per totum ex generalitate textus in l. 3. de dotis promissione, & in dicta l. cum post, §. gener. ff. de iure dotium; Quia verò causa necessitas non exigitur, neque aliae occupationes ac stylum concedebant, hinc proinde ita remissivè hac insinuabam, suspensio iudicio super veritate, dum potissimè quantum propria notitia imparetur, casus tanquam rarus adhuc non reperitur in foro disputatus, & decisus, atque habetur d. disc. 151.

Credebam tamen esse unam de materiis remissis iudicis arbitrio ex facti circumstantiis regulando, an scilicet probabile sit promittentem ita potius jocose ac nugatorie agere voluisse, vel è converso talis dici posset, quod virum bona fide promissis credentem induxerit ad contrahendum matrimonium, quod alias non contraxisset; Cum enim ita sequi dicitur irrationabilis traditio ob matrimonium, quod ex defectu dicitur retractari non potest, idcirco intrare videtur, vel actio de dolo, seu praescriptis verbis, vel aequitas canonica, de quibus late ceteris allegatis habetur apud Merl. decis. 567. & 605. ubi licet agatur de diverso contractu, in quo pro majori parte suffragiorum neutrum ex his admissum fuit, attamen favore dotis, pro qua in dubio habemus respondendum esse, quando casus contingeret, ibidem deducta satis ad rem facere viderentur, ut d. disc. 151.

Prout ad rem faciant ea, quae habentur per Afflic. decis. 31. numer. 1. Menoc. conf. 292. numer. 9. cum sequ. & eundem Barbof. d. 3. p. leg. 1. numer. 45. ut scilicet in ultimis voluntati-

bus dispositio quamvis incerta, & vaga dotis favore sublinetur; licet enim inter contractus, & ultimas voluntates diversa militet ratio, neque strictè ac praecise de uno casu ad alterum urgere liceat, videtur tamen id satis spectandum esse pro arbitrio regulando, atque ad effectum dignoscendi dotem in hac materia esse aequaliter privilegiatam, ut facilius in isto casu pro validitate intrare videatur, quia cum apud scribentes controversiam sit, an muliere simpliciter nubente, censetur omnia eius bona in dotem data, hujusmodi promissio hunc effectum operari videtur, inducendi scilicet declarationem animi, ac reddendi ita veriori opinioni affirmativam, quae alias absque hoc actus minus communis ac vera videtur, nisi praesumptiones, & adminicula concurrant, & latius de materia d. disc. 151.

Ubi verò promissio non est vaga, & incerta, sed collata in alterius arbitrium, vel voluntatem, tunc ut agitur de tota dote, aut de aliquo ejus augmento alioque appenditibus, Primo casu quicquid sit in contractu emptionis, & venditionis, vel simili, de quo plenè Merlin. in allegatis decisionibus 567. & 605. alias 172. & 248. par. 6. recent. speciale est in dote, ut actus valeat, atque illo, in cuius arbitrium collatio facta est, non arbitrante, vel non rectè, intrare arbitrium boni viri, ad text. in d. l. cum post, §. gener. ff. de iur. dot. l. 3. C. de dotis promissione, cum quibus communiter pertrahunt DD. de quibus Giubr. ad consuetud. c. 3. glof. 7. p. 1. numer. 80. cum sequ. Bosf. de dot. c. 9. ex numer. 82. & tanquam absolutum supponit Rota in Bononien. dotis 10. Maji 1651. §. solutionem coram Peutingerio impress. 123. numer. 21. p. 11. rec. & dicto disc. 151.

Difficultas solum in proposito cadere solet, quando accedit protestatio, seu alias promissionis verba clare disponunt, ut id collatum censetur in omnino liberum arbitrium, seu voluntatem, & tunc in extraneo non obligato dotare, absolutum est promissionem inutilem esse, in parte verò, vel altero dotandi obligationem habente aliqui dubitant relati per Barbof. d. l. 1. part. 3. n. 38. qui sine dubio verioremputat sententiam promittenti favorabilem, quia fituati quotidie experitur, solent viri ob aliquam inequalitatem, seu ob favores, quos à socero, seu alio dotante viro qualificato sperant, mulieres omnino indotatas ducere, idcirco non videtur quid prohibeat cum hujusmodi promissionis specie, quae est aliquid plus, contentum esse; neque id mulieri aliquod afferat praedjudicium, quoniam constante matrimonio vir uxorem ita ducens, ad eam alendam, aliaque onera supportanda sine dubio tenetur, & pro casu dissoluti matrimonii sibi remanet jus petendi à patre, seu alio ad id obligato dotem, seu legitimam.

Quinimò in sensu plurium, etiam ipso matrimonio constante jus conceditur mulieri ad petendum dotis constitutionem, non obstante quod vir indotatam ducere contentus fuerit, quia sua interest non esse indotatam, ne sic à viro spernatur, ut post Bald. Castrenf. & alios in auctor. rei. quae, Baz. de non melioran. cap. 5. n. 4. Barbof. l. 1. par. 4. n. 29. Fontanel. de pact. claus. glof. 1. p. 1. numer. 80. Giubr. ad consuet. glof. 3. cap. 3. numer. 6. Bosf. de matrim. cap. 11. numer. 184. & infra, disc. 142. Undè propterea cautela est, ut dotes per ipsos viros constituantur, vel saltem quod ipsi viri promittant eo matrimonio constante uxorem illi petituram cum promissione relevationis à molestiis de proprio, stante quod in hac materia receptum est, promissionem facti alieni sublineri, ac virum non excusari ab interesse ob diligentias, ut d. disc. 142. & alibi.

In secundo autem casu, in quo constituta dote in certa specie, vel quantitate promittitur aliquod augmentum, seu appenditibus in alicujus arbitrium, vel voluntatem, puta quia dicitur dotem constitui in mille, & in eo pluri quod ipsi dotandi, vel alteri videbatur, seu placebit, & tunc facilius admittitur, ut promissio sit inutilis, quatenus tertium non arbitretur, quia cessat inconveniens indotationis, sed id est ad superabundantiam, ut ex Paul. de contr. conf. 11. lib. 1. rejecto nominatum Menoc. conf. 93. fir-

mat Mantice de rati. lib. 12. tit. 26. numer. 7. quem sequitur Gratian. disc. 254. numer. 60. Et in his terminis, ad propositam facti speciem applicando, nos versari dicebamus, quoniam jam constituta erat dos, atque collatio in arbitrium, & placitum matris sponsae, percutiebatur quoddam augmentum, seu appenditibus, ita ut matre non arbitrante nihil peti posset.

Verum adhuc dubitabam de motivo, quoniam verba importanda arbitrium ac placitum non percutiebant ipsam promissionem duarum caplarum arredi, sed percutiebant quantitatem, & qualitatem lineorum aliorumque bonorum in ipsis caplis ponendorum, & fortius quia non eramus in extraneo, sed in patre dotare obligato, atque acconcium, seu arredum de communi consuetudine solet esse pars necessaria dote, ita ut hujusmodi arbitrium adhuc tanquam boni viri regulandum sit. Credebam tamen, id pendere, in eo qui dotare obligatus est, à congruitate, vel incongruitate reliquae dotis jam constitutae, si enim ea est congrua, ita haec promissio sonare in augmentum ad superabundantem elongationem, & tunc arbitrium boni viri non intrat, secus autem in casu converso, in quo in omnem eventum etiam de stricta juris censura promissio esset inutilis, intraret actio, vel iudicis officium pro congrua dote supplemento, unde praesens officio videtur potius facti quam juris ex particularibus individuorum casuum circumstantiis prudentis iudicis arbitrio decidenda, spectata possimul potius substantia versimilis voluntatis partium, quam cortice, & figura verborum.

ANNOTAT. AD DISC. LXIX.

De dote incerta, & remissa in arbitrium dotantis, vel tertii, de qua agitur in hoc discursu, habetur etiam infra disc. 151.

ROMANA DOTIS, SEU RESIDUI PRO HÆREDIBUS GEORGII VAGINARI, CUM ARCHANGELA FONTANA.

Casus decisus per Rotam pro Hæredibus.

Viro, qui integram dotem non exegerat, mandante eam integrè uxori restitui, an ita dotans à debito residui liberatus censetur, vel potius viri hæredibus actio competat ad assecutionem.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Solutio facta à tertio est acceptata, liberata.
3 Donatio in dubio non est praesumenda.
4 An mulier agat directè contra auctorem remissionis.
5 Est in arbitrio viri dotem inexactam solvere, & actiones contra dotantem reinquirere.
6 Ad materiam text. in l. si extraneus, & quando vir inexactam dotem restituere tenetur.

D I S C. LXX.

Ista praesertim causa me docuit, quam saepius mortifera voluntates diversas, quinimò oppositissimas Consulentibus, vel iudicantibus interpretationem recipient. Contracto siquidem matrimonio inter Georgium Vaginarium in Curia Advocatum, & Magdalenam Puteam cum dote scutor. 4. mill. promissa per Archangelam matrem ad Barthasarem fratrem in pecunia promptè sub statutis terminis solvenda, defecerunt promittentes à data fidei unde vir cum aliqua ejus dispendiosa iudicium adiens, ex amicosum consilio loco pecuniae aliqua bona in parentem recipere coactus est, cum restitit promissione sub sevis etiam elapsis, atque promissione non impleta, mortuo circa professionis initia assistente, testamentum condidit, in quo duos ex sorore nepotes legitimos successores, & cum eis dilectissimam uxorem aequis portionibus instituit, cum onere substitutionis uxori ad nepotum favorem injuncto; Experiens autem quam male dotantes ipsam tractaverint, indeque inferens pejus uxorem in statu viduitatis ab eis tractandam fore, disposuit

quod licet dos integrè sibi soluta non esset, adhuc tamen uxori praedictae tam integra dos, quam lucrum in tot locis montium tamquam melioribus hæreditatis effectibus restitui deberent, prout illico sequuta morte sequutus fuit, deindeque sub omnium trium heredum nomine cor. A. C. iudicium institutum fuit contra dotantem pro debiti residualis solutione, pro qua relaxatum fuit mandatum, à quo interposita appellazione, & commissa causa per Signaturam, cum clausula, si quid exequendum, in Rota cor. Peutingerio, assumptaque disputatione.

Pro reà convenia scribentes, quorum aliqui ad veritatem quoque pro eadem respondere profecti fuerant, adversus actionem clarè per hæredes fundatam in instrumeto dotali, excipiebant de incompetencia actionis ipsi mulieri, quasi quod semel de sua dote satisfacta jus amplius non haberet pulsandi debitorem, ex regula, ut solutione ejus quod debetur omnis tollatur obligatio, quam procedere dicebant, licet à tertio facta esset solutio, quam dubitavit in jure, an creditor invitatus à tertio, vel alio quàm debitore recipere cogatur, ex deductis per Cenc. de Cens. f. 103. ubi concordantes, sed ubi talem solutionem recipere contentus est, tunc non dubitavit eam aliam actionem non competere, & atque hinc inferrebant ad implicitam donationem, seu debiti remissionem, quasi quod vir scienter solvens indebitum, illius repetitionem non haberet, sed donasse censetur.

Unus tamen magis provecus, agnoscens praemissorum insuffipientiam, ree convenue exceptionem fundabat in redditione rationum, stante quod Georgius aliqua bona Anglorum focus administraverat, unde propterea inferrebat ad praesumptam satisfactionem ex bonis administratis, quodque integra restituitio in testamento demandata sumenda esset, non tanquam praesumpta donatio, sed tanquam admniculum dictae legalis praesumptionis, atque tanquam recognitionis veritatis ac bonae fidei.

Hoc ultimum motivum fuisse satis considerabile, nisi factum illud de plano dirimeret, quoniam incontinenti docebatur plus importare data, seu impena quam accepta, & in hoc solum circa justificationem impenarum, atque sic potius in facto quam in jure fuit disputato, praesto etenim fundamento cessante, nulla ratione habita de reliquis motivis sub die 12. Maji 1652. resolutio actoribus favorabilis prodiit, cum verè aliud motivum nullum haberet juris fundamentum, ac procederetur cum aequivoeco claro; siquidem ea quae dicebantur de creditore post solutionem nullam actionem habente, quamvis solutio per tertium facta esset, percutiebant casum, in quo eadem mulier ex solo jure uxorio, & tanquam creditrix ex causa dotis ageret, secus autem dum ipsa insulm cum aliis coheredibus, ac diversam hæredis personam repræsentans hæreditario nomine agebat, quia ubi etiam vir ad nullam restitutionem obligatus de inexacto residuo illud tanquam tertius mulieri creditrici solvisset, hoc operaretur, ut creditori actio ad reiteratam solutionem non competere, sed non induceret debitoris liberationem, dum actione negotiorum gestorum, vel de utili in rem verso solventi competit jus repetendi, quoties non constaret id actum esse animo donandi in dubio non praesumendo, Tiraq. in l. si unquam verbo donatione largitus, numer. 206. & seq. Cavall. dec. 603. numer. 5. & 6. decis. 54. p. 5. recent. & saepius in sua materia sub tit. de credito.

Sed hæc pro actoribus scribentes dicebam omnimò superflua, atque à casu controversiæ extranea, quoniam cum dos constituta esset in quantitate, viri directè promissa, ipsi acquisita erat actio, suumque effectum sortita adeo in stricta juris censura tenaciter, quod mulieri soluta matrimonio, sine viri ejusque hæredum cessante non competat actio, ex deductis per Franch. decis. 733. & licet iuxta opinionem in foro receptam hujus actionis exercitium admittatur, attamen id procedit ex æquitate ac ratione inanis circumventus, ut deductum habetur disc. 62. & 162.

Quodque in viri arbitrio repositum sit, etiam in casu quod de negligentia imputari non possit, vel actiones contra dotantes mulieri cedere, vel dotem inexactam de proprio mulieri restituere, dictaque actiones pro se retinere, est text. in l. si fecer. S. Lucius Titius, ff. solut. matr. ubi scribentes, de quibus Franch. d. dec. 23. numer. 7. atque in idem, & pro exclusionem donationis deducendam etiam text. in l. penult. ff. de dote praeterita, per quem Suard. decis. 42. late probat, quod legata per virum dote uxori non censentur remisse actiones contra dotantem, sed hæredibus pro legati impleto sufficit eas cedere.